extra aiam:sed solū in potentia:qꝛ.s.ꝑus ⁊ posterius existentia in mobili ⁊ successiua sunt apta nata sic ꝯprehendi diuisim. Et ad istam intentionem dicit Cōmētatoꝛ in ꝑncipio auctoritatis pꝛescripte ꝙ tp̄s nō sit supple ꝗtuz ad significatū eius formale.nisi qn̄ mēs diuidit.i. diuisim accipit ꝑus ⁊ posterius motus:⁊ per hoc intelligent multa de verbis Cōmētatoꝛis. Queret aūt iunioꝛ quare ip̄z ꝑus ⁊ posterius dicit ꝗd māle respectu ipsius numeratio nis vel distinctiōis mentalis vt pro tanto significatū tēporis dicat esse cōpositū ex duab⁹ quātitatib⁹. Dici pōt ad ꝑsens ꝙ rō hui⁹ est: qꝛ ipsa discretio ⁊ distinctio prioris ⁊ posterioꝛis extītū in motu facta per mētē est quodāmodo posterioꝛ ꝑ3 gn̄ationē ꝙ ꝑus ⁊ posteri⁹ mot⁹: sicut ⁊ alia entia aie dicunt posterioꝛa rebus extra aiaz: a quibus causant quoquo mō:⁊ ꝑpter hoc cuz forma sit quodāmō posterioꝛ mā:iō ista diuisio h3 modū forme ⁊ id qō est ꝑus ⁊ posteri⁹ h3 modū māe. Et ꝑpter aliud qꝛ sicut mā ꝑma pōt esse sine hac forma ⁊ nō econuerso.sic ꝑus ⁊ posteri⁹ cōtinuū in mobili ⁊ in motu extra aiaz pōt esse sine actuali diuisione quā facit aia.i.sine cōprehēsione diuisa ⁊ disticta quā h3 aia de ipsis:sed ista diuisio ꝑoris ⁊ posterioꝛis quā h3 aia nō pōt esse nisi sit aut fuerit aliquo mō ip̄m ꝑus ⁊ posterius. Si eni motus extīs extra aiam nō haberet ꝑus ⁊ posterius:tūc aia nō vere cōprehenderet diuisim ⁊ disticte partē ꝑorē ⁊ posterioꝛez: ⁊ ꝑpter hoc dicit Cōmē.i cōmēto.102.ꝙ esse tēpoꝛis in aia est in actu.s.qꝛ anima agit illam actionez in subiecto ꝑparato ad recipiendū eā q̄ dicit nūerus in subīto preparato .i.respectu obiecti ꝑparati ⁊ apti nati ad recipiēdum eam:idest ad terminandū respectū ei⁹. De hoc aūt plus videbit in qōne de esse tēpoꝛis. Et forte ꝑ illud subiectum intendit Cōmen.intellectū possibilē qui est subm aptū natū ad recipiēdū oēm intellectū ⁊ discretionē intellectiuam. ℃ Cōsiderandū aūt vlterius ꝙ ꝑm aliquos sicut determinatio realis pꝛopꝛie conueniens alicui enti parti aliqn̄ denominat totū vt homo dicit crispus crispitudie existēte in suo capite:sic etiā ex esse ipsius instantis cōtinuantis partes tēpoꝛis adinuicē denominat ip̄z tp̄s esse:⁊ sic esse actuale instantis cōtinuantis partes tēpoꝛis adinuicē sufficit ad hoc ꝙ tp̄s sit actualr extra animā.sic.n.dz esse entib⁹ successiuis ꝑ esse idiuisibile continuantis partes ipsoꝝ:vt etiā patet in motu qui dicit esse per esse ipsius mutati esse cōtinuantē partē ꝑorē cuz posterioꝛi. ℃ Sed istud non videt bene tutum:qꝛ illud qō non est pars tempoꝛis nec ei⁹ forma eē ipsius non deno-
T.c.76 minat tp̄s:modo instās ip̄m nō est pars tēporis nec quā-
T.c.89. titatiua nec essentialis.vt manifestum est in 6°.hui⁹:⁊ in isto 4°.nec etiā est forma tēpoꝛis vt manifestū est.qre ⁊c. ℃ Et si dicatur ꝙ nunc nō est pars nec forma dans ei esse intrinsece:tamen cōtinuat partes eius adinuicē: hoc nō sufficit ad hoc ꝙ esse ipsius instātis denominet tēpus ꝓprie ⁊ realiter:qꝛ esse ipsius instantis est idem cū ipso instanti:vel est indiuisibile sicut ⁊ ipsum instās vnde sicut ab instanti non denominat tēp⁹ esse sic nec ab esse ipsi⁹. ℃ Item si motus denominaretur existere ex eo qō mutatum esse est in actu:tūc existente mutato esse esset motus:⁊ cum mutatū esse sit in instanti motus esset in instāti:quod est ipossibile.⁊ ꝓbat consequentia.cum eniz aliquid denominat existere ex eo ꝙ alterū est existente illo altero:oz ipsum denominare:sicut si aliquid denominat albū.ex eo ꝙ albedo est existēte albedine ipsuz est albū. Et forte diceret ꝙ hoc est veꝝ in permanētibus:nō aūt in successiuis:sed querat ratio diuersitatis.

Cō.88. Ad primam rōnē cū dicit omne cōpositū3 ex non entibus ⁊c. Cōmentatoꝛ in stat cōtra hanc pōnē:qꝛ cōstat ꝙ motus est ens.comprehendit enim sensu.⁊ nulla pars eius est in actu:sed pars q̄libet eius demonstrata recessit:ꝑpter qō dicit Cōmētatoꝛ ꝙ ista rō nō valet. Et silr rō sequens bene ꝓbat ꝙ tp̄s nō est ens cōpletū extra animā:sed h3 eē actu ⁊ cōplete per actionē aie:qō quomō sit intelligēduz videbit post in questione de esse tēpoꝛis per animaz vel sine anima. Diceret ergo ad formā rationis cū dicit.illud qō est cōpositū ex non entibus nō est ens.verum est nō est ens actu cōplete extra aiam:sed nō opoꝛtet ꝙ nō sit oio nō ens:sic aūt est in ꝓposito. ℃ Similr ad aliam.cuiuslibet diuisibilis ⁊c. Verū est si est cōplete extra animam: sed si non:non op3 ꝙ aliqua pars eius simul tota sit actu ꝑter aiam si h3 esse actu ⁊ complete per animā. ℃ Aliter dicitur ad ꝑmā.illud qō est cōpositū3 ex nō entibus ⁊c. verum est nō est ens permanens:sed bene pōt esse ens successiuū qō nō habet partes simul existentes actu. ℃ Aliter dixerunt aliqui ꝙ licet ꝑteritū3 ⁊ futurū3 nō sint presentia:tamē preteritū realiter est preteritū ⁊ futurum est futurum. ℃ Ad aliam similiter dicit.cuiuslibet diuisibilis ⁊c.verum est diuisibilis permanētis:sed de diuisibili successiuo nō est verum:imo diuisibile successiuū3 denominat existere ex hoc ꝙ indiuisibile continuans partes eius est actu:vt aliqui dicunt:vel saltez ad esse talis diuisibilis nō requirit actualis simultas partiū eius:sed sufficit ꝙ vna succedat alteri vel post alterā. ℃ Ad aliā cū dicit ꝙ vnū ⁊ idez ⁊c.pōt dici ꝙ veruz est sicut forma in mā vel accidens in subiecto:sed sicut mensura in mensurato pōt esse ⁊ sic intellexit Aristo.ꝙ tēpus est in celo ⁊ in mari ⁊c.veruz est sicut mensura in mensuratis: omnia eniz ista quantū ad suos motus mensurant tēpoꝛe:si aūt intelligit ꝙ tēpus est subiectiue ⁊ inherenter in celo ⁊ in terra ⁊ in mari:intelligendū est ꝙ non est vnū ⁊ idem tēpus numero:sed aliud ⁊ aliud:sicut motus celi ⁊ motus terre ⁊ motus maris nō ē idem ⁊ vnus numero motus. De hoc aūt inferius fiet questio specialis.

℃ Quidam enim totius quidem esse motum dicunt:alij ipsam speram:quoniam circulationis est pars quedam:illa aūt circulatio nō est.pars enim circulationis est que accipit:sed non circulatio est. Textu.cō.XCIII. Qō. XVIII.

Onsequēter querit. Vtꝝ tp̄s sit essentialiter motus primus. ℃ Et arguit primo ꝙ sic.qꝛ
c prius ⁊ posterius mot⁹ sunt essentialiter motus:sed tp̄s est eēntialr prius ⁊ posterius motus ꝑmi.ergo ⁊c. Maioꝛ ꝓpositio apparet: qꝛ pri⁹ ⁊ posterius sunt partes mot⁹.vt videt velle Cō- Cō.99.
mentatoꝛ in isto 4° vbi dicit ꝙ tp̄us nō sit nisi qn̄ mens diuidit motuz ꝑm pri⁹ ⁊ posterius ⁊ nihil diuidit nisi in suas partes.ergo pri⁹ ⁊ posterius sunt partes motus:partes autem motus sunt motus.sicut partes linee sunt linee. ergo prius ⁊ posterius mot⁹ sunt motus: ⁊ hec fuit maioꝛ:⁊ minoꝛ apparet in littera. Tēpus enim est ꝑus ⁊ posterius ipsius motus ꝑm Aristo.in littera. ℃ Item
illa sunt eadem quoꝝ partes sunt eedem.hec est manifesta:sed partes tēpoꝛis eedem sunt cum partibus motus: T.c.100
qō p3.qꝛ dies que est quedaz pars tēpoꝛis est latio solis super terraz.vt habetur 6°. topicoꝝ.latio autez solis super terram est pars motus celi.quare ⁊c. ℃ Item.nihil
est mensura extrinseca omnium motuū3 inferioꝛum nisi T.c.114
primus motus.vt patet in 4°.:sed tempus est mēsura extrinseca omnium motuum istoꝝ inferioꝛum. quare ⁊c. ℃ Item mensura ⁊ mensuratum sunt vnigenea. vt vult

Arist. in isto 4° ꝛ Cōmētatoꝛ in penultimo cōmento huius capituli. sed tempus est mensura primi motus. vt vult Aristote. quare ꝛc.

¶ Oppositū arguit per phm in littera. q̄ vult ꝙ tp̄s nō ē circulatio. ꝛ hoc est motus p̄mus. vt pȝ in 4° huius.

Ad questionē possunt dici duo: primo ꝙ tp̄s nō est motus absolute. 2° ꝙ tempus nō est mot⁹ prim⁹. s. prima circulatio. ¶ Primū pȝ sic. motus non est vnus in omni loco: sed tp̄s est vnuȝ in omni loco. quare ꝛc. Maioꝛ pȝ. ꝙ motus est in moto ꝛ omne motū est in aliquo vbi: ꝛ plura mota in plurib⁹ vbi. ergo ꝛ plures mot⁹ sunt in pluribus vbi. ꝛ sic motuȝ nō est vnus in omni loco. Et minoꝛ pȝ. qꝛ tp̄s saltē p̄mo ꝛ p̄ncipalr̄ dictum est mensura extrinseca oīuȝ motuuȝ existentiū in quocunq; loco. Mensura aūt extrīseca pōt esse vna omniū mensurabiliū sicut vna vlna pōt mensurare oēs pānos: ꝛ hmōi. q̄re ꝛc. ¶ Sed aliqui dubitāt ꝙ ista ratio nō cōcludit tēpus nō est motū p̄mū: qꝛ sicut tēpus vt est mensura extrinseca est vnū in omni loco: nō quidē inherenter ꝛ inexistēter sed assistēter: sic etiam primus motus vnus est apud oīa mobilia assistēter ꝛ nō inexistenter: ꝛ sic ratio nō cōcludit quin tēpus sit mot⁹ primus. ¶ Ad hoc dicunt aliqui ꝙ motus p̄mus pōt cōsiderari dupl̄r. Uno mō s̄m essentiā suaȝ. Alio mō s̄m ꝙ mensura alioꝝ motuū. Si primo modo. sic nō debet ei ꝓprie esse vnū apud omnia. ꝛ sic ꝯcludit Aristo. ꝙ tp̄us nō est motus essentialiter ꝛ quiditatiue. Alio mō potest cōsiderari motus primus s̄ȝ ꝙ est mēsura alioꝝ motuū. ꝛ sic est bene vnus in omni loco assistenter vt dictū est: ꝛ hoc modo ratio Aristo. nō cōcludit tēpus non esse motū primū. Dicunt tñ isti ꝙ licet tēpus sit mēsura per se. ꝛ similiter prim⁹ motus sit mensura hoc est diuersimode. Nam tēpus est mensura per se perseitate p̄mi modi: qꝛ in ei⁹ diffinitiōe accipit esse mensurā aliquo mō vt dicūt: sed motus prim⁹ est per se mensura p̄seitate secundi modi. Et forte sic intelligunt ꝙ tēpus essentialr̄ est id qd̄ est mensura: sed nō est idē essentialiter cū eo qd̄ est esse mensuraȝ cū esse mēsurā sit qd relatiuū ꝛ tēpus sit quid absolutū. ¶ Aliter posset dici ad dubitationē ꝙ nec Arist. intendit cōcludere per illā rationē ꝙ tēpus nō sit p̄mus motus: sed solū ꝙ tēpus nō sit motus absolute. ¶ Iteȝ

T.c.96. alia ratio Arist. est ad hoc. omnis motus ē velocioꝛ aut tardior alio motu supple. sed tēpus non est velocius nec tardius. quare ꝛc. maioreȝ recipit Arist. pro manifesta: ꝛ forte cocessa fuit ab omnib⁹: ꝛ minorē ꝓbat. qꝛ velox ꝛ tardū determinant tp̄e: vt velox ē qd̄ in pauco tēpore multū mouet: ꝛ tardū est qd̄ in multo tēpore paꝝ mouetur: sed tp̄s nō determinat tēpore: siue tp̄s accipiat q̄tū ad suā quātitatē siue quo ad qualē. i. quantū ad suā qua

T.c.63. litatē. ¶ Scdm̄ ostēdit per Arist. in l̄ra sic pars circulationis nō est circulatio. sed pars tēporis est tēpus vt dies ꝛ nox: ḡ tēpus nō ē circulatio. ¶ Aliter posset sic sillogizari. si tēpus eēt circulatio tota: tūc pars circulationis esset circulatio: qꝛ pars tēporis est tempus.

¶ Cōtra istam rōnem aliqui sic instant: per similē rōneȝ posset ꝓbari ꝙ aīal nō esset substantia animata sensibilis: qꝛ pars substātie aīate sensibilis est substantia animata sensibilis. pars aūt aīalis non est aīal. ergo aīal non est substantia animata sensibilis. ¶ Ad hoc pōt dici ꝙ substantia aīata sensibilis pōt accipi dupliciter. Uno mō ꝓ omni eo cuius mā participat aīam sensitiuā siue perfecte. ꝛ sicut p̄mū perfectibile siue potētialiter ꝛ sicut pars in toto. Alio mō pōt accipi pro aliquo ꝯpleto ꝛ p̄fecto in genere cuius mā participat aīam sensitiuam sicut primum p̄fectibile. Primo mō pars substantie animate sensibilis est substantia ꝛc. Sed scd̄o mō substātia aīata sensibilis est diffinitio animalis. ¶ Ad formā rōnis cum dicitur. pars substantie animate sensibilis ē substantia ꝛc. Uerū est accipiendo substantiā animatā sensibilē ꝓ aliq̄ īperfecto: cuius mā participat sensum: sicut pars in toto non sicut p̄mum p̄fectibile. Et cū dicit ꝙ pars aīalis nō est animal. Concedat. ꝛ iō volo ꝙ aīal nō est substantia animata sensibilis illo modo: sed cū hoc stat ꝙ sit substātia animata sensibilis alio modo. ¶ Item aliter pōt dici. ꝙ sicut pars sub̄e animate sensibilis est sub̄a aīata sensibilis īperfecta nō sicut aliqd̄ ꝯpletū in spē vel ī genere: sic pars aīalis est aīal īperfecte: nō sicut aliquid cōpletū in genere: ꝛ iō nō valet illa rō. ¶ Alia rōne arguit Ari.

sic. si tēpus esset motus p̄mus: tunc si essent plures celi. i. T.c.92.
plures mundi vt posuerunt aliqui sequeret ꝙ essent plura tp̄a: sed hoc est incōueniens. q̄re ꝛc. Falsitas icōuenientis recipit ab Aris. ꝓ manifesta: si eni eēnt plures mundi adhuc non sequeret ꝙ plura tēpora essent. ꝛ ꝯn̄a pȝ. ꝛ ē eadē. qꝛ si essent plures mūdi eēnt plures p̄mi mot⁹: ꝛ sic si tp̄s est idē oīo cū motu p̄io: tunc si essent pl̄es mundi essent plura tēpora: quā ꝯn̄am reputat Ari. falsaȝ.

¶ Sed ꝯ istam rōnē dubitat multū rationabiliter. qꝛ videt ꝙ illa cōditionalis quā Aristo. reputat īpossibilē sit necessaria s̄m eū. s. ista. si essent plures mundi eēnt plura tēpora: qd̄ ꝓbat. qꝛ multiplicato sub̄o mltiplicat passio. hoc est notū: sed si eēnt plures mundi: tūc sub̄m tēporis esset multiplicatū: eēnt eni plures mot⁹ p̄mi: ꝛ p̄m⁹ motus est sub̄ȝ temporis. q̄re ꝛc. ¶ Ad hoc pōt dici ꝙ tp̄s pōt cōsiderari dupl̄r. Uno mō pōt considerari s̄m ꝙ est passio motus. Alio mō pōt considerari s̄m ꝙ est mensura extrinseca alioꝝ motuuȝ qui sunt hic. Si p̄mo modo cōsiderat. sic bn̄ seq̄tur ꝙ si eēnt plures celi ꝙ eēnt plura tēpora sicut arguebat: ita ꝙ ista cōditiōalis vera ē. si essent plures celi: tūc tp̄a essent plura s̄m ꝙ tp̄s est passio motus nihil. eni ꝓhibet cōditionalē eē veraȝ: cuius an̄s est īpossibile. vt vult Cōmē. in 7° ꝛ 8° h⁹. Sed si cōsidere

ret tp̄s s̄m ꝙ est mensura extrinseca. sic nō sequeret ꝙ si Com.2.
essent plures celi ꝙ eēnt plura tp̄a tanq̄ mensure extrin C6.79.
sece motuū: qꝛ mēsura extrinseca nō necio multiplicatur s̄m multiplicationē mēsuratoꝝ. Un̄ si essent plures mūdi: nō tñ sequeret ꝙ necio oporteret esse plura tēpora tanq̄ mensuras extrinsecas necessario req̄sitas ad mēsurationē oīum motuū: imo ad hoc vnū tp̄us sufficeret vt esset mēsura oīum motuū. Sed si mot⁹ p̄mus esset oīno idē qd̄ tp̄s ꝛ econuerso. sequeret ꝙ si eēnt plures mundi essent plures mot⁹ p̄mi ꝛ plura tp̄a. Sȝ istud nō oīo sufficit. qꝛ sicut s̄m Arist. nō sufficiēter sequit ꝙ si eēnt plures mūdi ꝙ eēnt plura tp̄a tanq̄ mēsure extrinsece: imo adhuc vnū tp̄s sufficeret ad mensurādū oēs motus. sic si essent plures mūdi nō oporteret eē plures mot⁹ tāq̄ mēsuras extrinsecas oīum motuū: sed sufficeret vn⁹. Et sic si tp̄s esset idē cū motu ꝛ ponerent mūdi eē pl̄es. Adhuc non sequeret tp̄s esse necio multiplicatū rōne qua mēsura extrinseca: sicut nō sequeret motum eē multiplicatum vt mensura extrinseca. Et sic non magis valet ista consequentia s̄m positionem que ponit tempus esse motuȝ q̄ s̄m positionē que dicit tēpus nō esse motū. Qūcūq; eni istoꝝ ponatur non videt sequi ꝙ si plures essent mūdi ꝙ essent plura tēpora s̄m ꝙ tepus est mēsura extrinseca. ꝛ sic ex illa positiōe ꝙ tēpus sit motus p̄mus nō sequit illā falsaȝ cōditionalē inferri: q̄ dicit si eēnt pl̄es mundi eēnt plura tēpora s̄m ꝙ mensure extrinsece. ꝓpter ꝙ rō Ari. nō videt valere. Et forte diceret ꝙ Arist. nō intēdit illā ꝯditionalē eē falsaȝ simpl̄r. sȝ s̄ȝ positionē ꝛ opionē illorū qui ponebant plures mūdos: ipsi eni cōcedebāt ꝙ nō

potest esse nisi vnū tempus: ⁊ ꝙ q̄uis sint plures mundi tñ non est nisi vnuʒ tempus: ⁊ sic apud eos erat impossibile ꝙ si sint plures mundi sint plura tēpora: ⁊ tñ hoc se queret si tempus esset motus p̄mus. Sed nec istud sufficeret: q2 per eandē rōneʒ posset Arist. ꝓbari ꝙ tempus non sit passio mot': q2 hoc posito sequeretur ꝙ si essent plures mundi plura essent tēpora: cū passio multiplicet̄ ſm multitudinē subiecti. Et si dicas ꝙ Aristo. concederet istam negando opinionē ponentiū plures mundos: sic aliꝗ qui ponunt tempus esse motū concederent illam contradicendo ponentib' plures mundos: ⁊ ꝓpter ista multū dubito in ista rōne Arist. ¶ Et forte dicendū ꝙ si essent plures mundi ⁊ plureʒ motus p̄mi: nullus illoꝝ motuū posset esse mensura omniū alioꝝ: q2 motus ꝓprie non est mensura alterius motus nisi sit causa illius: nunc aūt si plures essent mundi vnus illoꝝ motuuʒ qui essent p̄mi nō esset aliquo mō cā alterius: q2 ambo essent eque p̄mi. ⁊ iō vn' illoꝝ motuū nō posset esse mēsura extrinseca oiuʒ alioꝝ motuū: ꝓpter quod oporteret ꝙ ambo motus p̄mi illoꝝ duoꝝ mūdoꝝ essent mēsure extrīsece alioꝝ motuū: q2 p̄m' mot' vni' illoꝝ duoꝝ mūdoꝝ nō esset causa motus p̄mi alterius mundi nec alioꝝ motuū illius alterius mundi: ⁊ sic: non esset mensura oium aliorū motuū: sʒ solū esset mensura motuum illius mundi in quo esset p̄mus ⁊ simil̄r de alio. Sed tēpuʒ nō mensurat motus inferiores eo ꝙ sit cā eoꝝ: sʒ per replicationē alicuius partis sue que aliquotiēs sumpta reddit q̄ritatem motus mensurati: sicut vlna non mensurat pannū: q2 sit cā eius: sed alio modo predicto. Vñ si essent plures mūdi: adhuc vnū tēpus posset esse mensura extrinseca oiuʒ motuū amboꝝ mundoꝝ: q2 nō oporteret ad hoc ꝙ mēsuraret ipsos motus ꝙ aliquā causalitatē sup eos haberet. Et forte diceret̄ simil̄r ad hoc ꝙ vnus motus mēsuret alios: accidit ꝙ sit cā illoruʒ. ⁊ sic existētibus pluribus mundis ⁊ pluribus motibus quoꝝ vnus non erit causa alterius. adhuc vnus illoꝝ poterit esse mēsura extrinseca oium alioꝝ. Dicendū ꝙ motus non potest esse ꝓprie mensura alicuius motus nisi sit causa illius. ideo ⁊c. Est aūt ꝯsiderādū vlterius ꝙ motus pōt accipi dupl̄r: vt dictū fuit in. 3. Vno mō pro perfectione fluēte: cuius vna pars generat post aliā. Alio modo ꝓ ipso fluxu ꝯtinuo qui dicit̄ successio seu motus seu duratio ⁊ extēsio successiua. Et p̄mo quidē modo tēpus nō est essential̄r motus q2 motus sic sumptus est in tribus generibus. s. q̄litate ⁊ q̄titate ⁊ vbi. tēpus aūt est q̄titas. Sʒ si accipiat̄ mot' pro fluxu continuo qui est successio siue duratio motus. Adhuc pōt ꝯsiderari dupl̄r. Vno mō q̄tum ad sui receptionē: q2 recipit̄ in mobili: ⁊ sic est passio. sic̄ eniʒ virtus passiua idem est ꝙ v̄tus receptiua ſm oēs. sic passio idē videt̄ esse qḋ receptio. Alio mō pōt ꝯsiderari ipsa successio siue duratio cōtinua q̄tum ad id qḋ ipsa est: ⁊ q̄tum ad suā essentiā ⁊ quidditatē: ⁊ sic est tēpus: cū enī ista duratio cōtinua ⁊ extensio successiua sit quedam quātitas: ⁊ non est linea nec superficies nec corpus nec oratio nec numerus: quid relinquitur ipsam esse nisi tempus?

Ad rationes. Ad p̄ᵐᵘᵐ cū dicit̄. p̄us ⁊ posteri' ⁊c. pōt dici ꝙ veꝝ ē accipiendo istā ꝓ successione ꝯtinua cui' vna ps est p̄or ⁊ alia posterior. ⁊ accipiēdo motū pro fluxu ꝯtinuo. ⁊ sic ꝯcedo ꝙ tp̄s est eēntial̄r mot'. ¶ Cōsiderādū aūt circa rationē ꝙ lʒ p̄us ⁊ posterius ipsius successionis ⁊ durationis successiue sit essential̄r tēpus: tñ non significant hoc noie tēpus nisi sub rōne determinata. s. vt sunt numerabilia ⁊ distinguibilia abinuicē: ⁊ ista aptitudie distinguēdi ⁊ numerādi passiue hn̄t de sui nā extra aiaʒ: sʒ actualis distinctio ⁊ discretio ipoꝝ ſm determinationē nō est nisi ab aīa que comprehendit ea seorsuʒ ⁊ diuisim cōprehensionibus distinctis ⁊ nō cōtinuis siue discontinuatis.

¶ Ad aliā per dicta pʒ solutio: partes eniʒ tempus sunt partes motus accipiēdo motuʒ pro fluxu cōtinuo ipsorum vbi in mobili. ⁊ sic intelligendū est tp̄s esse motum.

¶ Ad aliud cū dr̄. nihil est mēsura ⁊c. veꝝ est sic̄ cā. sʒ aliter bn̄ pōt. Et cū dicit̄: ꝙ tēpuʒ est mēsura ⁊c. veꝝ est nō sicut cā per se ⁊ ꝓprie sed alio mō: vt tactū est. q̄re ⁊c.

¶ Ad aliā cū dicit̄. mēsura ⁊c. pōt dici ꝙ veꝝ est: ⁊ ideo volo ꝙ tēpus mēsurans motū est idē essential̄r vel eiusdē generis cū motu vt mēsuratus est. s. q̄tum ad suū fluxū ⁊ durationē seu morā ⁊ extensionē successiuā. Qual̄r aūt tp̄s mēsurās sit motū videbit̄ post.

Q̄ō. XIX.

Consequēter q̄rit̄. An diffō tēporis sit cōueniēter assignata. Est aūt diffō tēporis ſʒ Ari. numer' mot' ſm p̄us ⁊ posteri'. T.c.101.

¶ Et arguit̄ p̄mo ꝙ nō. q2 nūeratio numeri mot' nō est numer' mot'. hec vr̄ manifesta de se. sʒ tp̄s est numeratio numeri mot' ſm Cō. nē. in isto. 4. Cō.101.

¶ Itē numeratū p̄oris ⁊ posterioris mot' nō est nūerus mot'. hec ē manifesta: sʒ tp̄s est nūeratū p̄oris ⁊ posterioris mot' ſʒ Cōmētatorē: q̄ Cō.101. dic̄ ꝙ diffō tp̄is in qua nō est dubitatio est ꝙ tp̄s est nūeratū p̄oris ⁊ posterioris existētiū in motu.

¶ Item p̄us ⁊ posteri' in motu nō est numer' mot'. ħ pʒ. sʒ tp̄s ſʒ Cōmētatorē ē p̄us ⁊ posteri' in motu. ⁊ ħ dic̄ i cōmē. 13° h' capli de tpe. Cō.99.

¶ Itē si tp̄s eēt numer' aut eēt numer' quo nūeramus. ⁊ ħ nō stat: q2 sic eēt q̄titas discreta. aut eēt numer' numerat'. s. res numerata. ⁊ ħ nō vr̄ stare: q2 ipe motus sic est numer' numerat'. s. res nūerata. Deinde arguit̄ ꝯtra illā particulā. s. p̄us ⁊ posteri': q2 si tp̄s eēt numerus motus ſm p̄us ⁊ posterius. aut intelligit̄ de p̄ori ⁊ posteriori que sunt ꝑtes mot': aut de p̄ori ⁊ posteriori que sunt mutata eē. nō p̄mo mō: q2 pars p̄or ⁊ ps posterior mot' ꝯtinuant adinuiceʒ. ⁊ sic nulla est earū discretio nec per ꝯn̄s nūerus. Nā ꝯtinuū ⁊ discretū opponuntur. ẜ tp̄s nō est nūerus motus ſm ꝑtes ipsi' motus. q̄rū vna est p̄or ⁊ alia posterior. nec est dicendū ꝙ per p̄us ⁊ posterius intelligant̄ mutata eē: q2 cū ipa mutata eē sint discreta abinuicē. sic sequeret̄ ꝙ tp̄s eēt numer' discretoꝝ vel numer' mot' ſm aliq̄ discreta. ⁊ per ꝯn̄s nō eēt numer' numerat': sʒ numer' quo numeram'.

¶ Itē tp̄s cū sit q̄titas nō dʒ diffiniri ꝑ relōnē: sʒ p̄us ⁊ posteri' sūt relatiua vt notū est. q̄re ⁊c.

¶ Itē si tp̄s diffinit̄ per p̄us ⁊ posteri' circlus erit in diffōnib': q2 p̄us ⁊ posteri' diffiniunt̄ tpe.

¶ Itē Cōmētator dic̄ in cōmē. 43. h' capli. ꝙ p̄us ⁊ posteri' in motu diffiniunt̄ ꝑ tp̄s. ẜ p̄us ⁊ posteri' in motu nō diffiniūt tp̄s: q2 sic eēt maīfeste circulatio. Cō.129.

¶ Oppoᵐ arguit̄ auc̄te Arist. in isto ca° vbi inuestigat istā diffōnē. tempus est numerus motus ſm p̄us ⁊ posteri'.

Ad questionem dōm ꝙ ista diffō est bona ad cui' inuestigatiōeʒ Ari. T.c.97 inq̄rit p̄mo ꝙ tp̄s est aliq̄d ipsi' mot'. ⁊ ħ sic. Illḋ qḋ nō p̄t apꝑhēdi nisi apꝑhēso motu ⁊ nō ē mot' ē aliq̄d ipsi' mot'. hec est manifesta: sʒ tp̄s nō est mot': vt ꝓbatū fuit p̄us ⁊ nō pōt apꝑhēdi nisi apꝑhēso motu: sic maīfestū ē ⁊ exēplificat Ari. de dormiētib' apḋ heroes: qui fabulabant̄ dormiuisse ꝑ magnū tp̄s. ⁊ cū ipi cōputauerūt nūc in q̄ iceperūt dormire: cū nūc in q̄ expgefacti fuerūt ⁊ nō ꝑceperūt motū itermediū: ⁊ iō nō ꝑceperūt illḋ tp̄s. Et Cōmētator ibidē dic̄ sic. Cū nos nō ꝑcepim' nec imaginati fuerim' motū factū iter duo extrema: sʒ extimauerimus ꝙ null' mot' fact' sit i nobis neq̄ i aliq̄: sʒ ꝙ nos simus i eē idiuisibili tūc nō ꝑcipim' tp̄s. Et sic maīfeᵐ ē ꝙ Cō.97.

apprehensio tēporis dependet ex apprehensione mot⁹. quare ꝛc. ¶ Ulterius inquirit Arist. ſm qͦ tēpus ipm est aliquid mot⁹. Et ꝓbat ꝙ rōne ꝑoris ꝛ posterioris tēpus sequit̃ motū: vel est aliquid ipsius motus. ꝛ hoc sic. tempus est aliquid motus ſm illud quo terminātes motum cognoscimus tempus. h est euidens: sed determinātes motū priori ꝛ posteriori cognoscimus tēpus: vt pꝫ ꝑ experientiā: cuꝫ eniꝫ consideramus determinate motum factū super ꝑoreꝫ partē spatij ꝛ motū factū super partē posterioreꝫ tunc cognoscimus tempus. Deinde ostendit phs ꝙ tempus sequit̃ motū ſm pri⁹ ꝛ posterius nō quocūꝙ modo: sed vt coꝝ est numerus vel vt numerabilia sunt: qͦ sic ꝓbat. illud pertinet ad rōneꝫ motus quo posito ꝛ cognito percipimus tempus. ꝛ ipso amoto nō percipimus: hoc est euidēs: sed numer⁹ ꝑoris ꝛ posterioris in motu est hmōi. quo posito ꝛ ꝑcepto numero ꝑoris ꝛ posterioris in motu ꝑcipit tps ꝛ ipso non percepto non percipit tempus: ꝓmū apparet. cū eniꝫ intelligimus duo extrema alicui⁹ fluxus. hoc quidē vt ꝑus: illud vͦo vt posterius: inter que vt sic ꝑcipimus necessario mediū. Impossibile est eniꝫ imaginari idiuisibilia duo: hoc vt ꝑus. illud vt posterius nisi per mediū necessario percipimus ipsuꝫ tempus. Illius enim fluxus cū non sit indiuisibilis nec res ꝑmanēs vna pars est ꝑor ꝛ alia posterior. ꝛ has partes comprehendēdo ꝛ cognoscendo cognoscim⁹ tēpus. Cū aūt percipimus vnuꝫ nunc tātū nō percipimus tempus. Similr cū percipimus plura nunc quoꝝ vnum est pri⁹ ꝛ alteꝝ posterius ꝛ non percipimus vnū ipsorū: vt ꝑus ꝛ aliud vt posteri⁹ nō percipimus tempus. ergo ratio essentialis tēporis requirit ꝑus ꝛ posteri⁹ nō qualitercūꝙ: sed vt numerata vel saltē vt nūerabilia. Et tūc possumus respondere ad qōnem ꝙ diffinitio tēporis est bona: qꝛ omnes partes diffōnis ꝯueniūt ipsi tempori: vt pꝫ ex dictis. ꝛ per istam diffōneꝫ cognoscit̃ essentia temporis explicite ꝛ distincte: dūmodo bene intelligatur.

¶ Cōsiderandum aūt est hic ꝙ numerus est duplex. s. numerus quo numeramus: ꝛ numeruſ numerat⁹. Numer⁹ quo numeramus: vt cōiter dicit̃: est ipsa ratio numerandi: que est discretio quedā ipsoꝝ numeratoꝝ ꝛ est numerus vnitatuꝫ sicut dualitas ternarietas ꝛ hmōi. Numerus aūt numerat⁹ est ipsa res numerata: vt due albedines ꝛ duo homies. ꝛ hmōi numer⁹ est in quolibꝫ ꝑdicamēto. Naꝫ in quolibet genere sunt res distincte abinuicem: ꝛ iste sunt numerus qui est res numerata. Modo cū dicitur tempus est numerus non intelligit̃ ꝙ sit numerus quo numeramuſ. s. discretio ꝛ discontinuatio ꝑoris ꝛ posterioris extra aīam existens. Nam ꝑus ꝛ posterius motus existentia extra animam non sunt actu discontinuata abinuicem: imo semper sunt ꝯtinua ꝛ copulata ad terminū cōem. s. ad mutatū esse vel ad instans: ꝛ ſm hoc tēpus nō esset quātitas continua in re extra aīam: sed discreta: qͦ est incōueniens oīno. Unde relinquit̃ ꝙ ipsum tempus est res numerata: ꝛ per ꝯñs numerus numerat⁹. s. ꝑus ꝛ posterius motus: ꝛ hoc voluit dicere Cōmētator. cū dixit ꝙ diffinitio tēporis in qua non est ambiguitas est numeratū. i. res nūerata ꝑoris ꝛ posterioris existentiū in motu. Intelligendū etiam ꝙ dictum fuit prius ꝙ motus accipitur vno modo pro perfectione fluēte. s. cuius vna parſ generatur vel acquiritur post aliā donec perficiat̃: ꝛ sit in actu. Alio modo sumit̃ mot⁹ pro fluxu cōtinuo seu successione ipsius mobilis de vna parte perfectionis ad aliā: cui⁹ inquā fluxus ꝛ successionis vna pars est ꝑor ꝛ alia posterior. modo cū dicit̃. ꝙ tempus est res numerata que est ꝑor ꝛ posterius ipsi⁹ motus non est intelligendū per illud ꝑus ꝛ posteri⁹ partes perfectionis quoꝝ vna generatur prius ꝛ alia posterius. partes eniꝫ illius perfectionis sunt in tribus generibus ſm cōem doctrinā. s. q̄litatis ꝛ q̄titatis ꝛ vbi: ſꝫ itelligo ꝑus ꝛ posterius que sunt essentialr motus partes ipsi⁹ fluxus cōtinui seu successionis ꝛ durationis: quaꝝ vna ē ꝑor ꝛ alia posterior. Et adhuc iste ptes flux⁹ seu successionis possunt duplr ꝯsiderari. Uno mō ſꝫ se ꝛ absolute: ꝛ sic sunt partes motus vel ſm alios: vt ꝯcernunt actū relictuꝫ a motore imobili. Alio modo ſꝫ ꝙ nūerabiles. i. apta nata numerari ꝛ distingui per aīaꝫ: ꝛ sic forte numerantur hoc nomine tēpus. Nec intelligo ꝙ ista aptitudo ad numerationē exñs in ꝑori ꝛ posteriori parte successiōis sit de essentia tēporis ſꝫ est relatio ꝛ ꝓprietas formalis sub qua significat̃ ipsuꝫ tempus ꝛ intelligit̃ vt sentire vel sensus nō est de essentia aīalis: ſꝫ est modus essendi quo sumit̃ intellectus aīalis ꝛ significat̃ hoc noīe aīal. Similr aūt ꝛ in multis aliꝭ. Essentia igitur ipsius tēporis exñs extra aīam est successio ꝛ fluxus partiū successionis perfectionis habens vnā partē ꝑorē ꝛ aliā posteriorē: exñs dico extra aīaꝫ eo modo quo reſ successiua vel successio ipsa pōt existere extra aīam. Et hec qdē successio vel fluxus cōtinuus est q̄titas cōtinua: cuius partes copulant̃ ad terminū cōem. s. ad ipsum nunc. preter istā aūt q̄titatem cōtinuā. hoc nomē tēpus significat quoddā aliud. s. discretionē partiū istaꝝ factā per aīaꝫ: ꝛ iō dicit Cōmentator ꝙ tempus est cōpositū ꝛc. sicut ꝑus exponebatur.

Ad primaꝫ rōnem cū dicit̃. numeratio ꝛc. pōt dici ꝙ veꝝ est accipiēdo nūerū ꝓ numero quo numeramus modo ꝑdicto: ſꝫ accipiēdo numeꝝ pro re numerata sic numeratio ꝑoris ꝛ posterioꝝ existētiū in motu bene est numerus ꝑoris ꝛ posterioris: ꝛ sic est in ꝓposito: tempus eniꝫ est numeratio ꝑoris ꝛc. i. res numerata que est ꝑus ꝛc. modo preexposito. Sꝫ istud non est satis tutū: qꝛ si Cōmētator accipit numerationē pro re numerata: tūc erit sensus ꝙ tempus est res numerata rei numerate motus: qͦ est derisoriuꝫ. Et aliqui ideo dicunt aliter: ad cuius euidentiā considerandū est ꝙ ad completū ꝛ perfectū tēporis itellectuꝫ opꝫ bis intelligi motū. Opꝫ enim intelligi motum ꝑmum cuius ꝑus ꝛ posterius essentialiter sunt motus. ꝛ oportet intelligi alios motus vel aliuꝫ motum cuius vel quoꝝ ipsuꝫ tempus est mensura: ꝛ hoc significauit illa diffinitio quā ponit Cōmētator ꝙ tempus est numeratio numeri motus ſm ꝑus ꝛ posterius. i. tēpus est mensuratio rei numerate ipsius mot⁹ ſm ꝑus ꝛ posterius existentia in motu ꝑmo: ita ꝙ ꝑus ꝛ posterius que sunt in motu ꝑmo mēsurant rem numeratā cuiuslibꝫ motus. s. prius ꝛ posterius cuiuslibet mot⁹ aliquo modo. ¶ Aliter pōt dici ꝙ Cōmentator ibi diffinit tempus q̄tū ad formale significatuꝫ qͦ importatur hoc nomine tempus: illō eniꝫ formale est numeratio. i. diuisio vel discretio numeri motus. s. ꝑoris ꝛ posterioris existentia in motu: nūeri dico mot⁹. i. rei numerate motus. s. prioris ꝛ posterioris existētia in motu. Et ista numeratio rei numerate mot⁹. s. prioris ꝛ posterioris existentiū in ꝑmo motu fit actu per animaꝫ. Et ideo tempus q̄tuꝫ ad formale nō est actu preter animā vel nisi per aīam. Et ꝙ ista sit intentio Cōmētatoris Cō. ioh. apparet inspicienti verba eius. Dicit eniꝫ sic: manifestuꝫ igitur ex hoc sermone ꝙ diffinitio temporis est numerare numerū motus ſm ꝑus ꝛ posterius. i. cōprehensio numerati motus: ꝛ hic est numerus eius: qm̄ quādo numeramus numerū motus qui fuerit ex diuisione per instantia ꝑora ꝛ posteriora: tūc fit tēp⁹. ergo tēpus nihil aliō est q̄ numeratio numeri motus que fuit in eo ex diuisione eius ſꝫ ꝑus ꝛ posteri⁹. ꝛ hec sunt vͦba Cōmētatoris.

Cō. ioh.

In qͥbꝰ manifeste videt̄ loqui de tēpore pro illo signi-
ficato tēporis qḋ est in aīa. Illud eniꝫ est nūeratio ꝑoris
ꝛ posterioris existentiū in motu: ꝛ docet modū per queꝫ
fit ista numeratio ꝛ numerare. s. per hoc qḋ diuidit̄. i. di-
uisim apprehendit̄ motus ſm priꝰ ꝛ posteriꝰ. Et hec qui
deꝫ apprehēsio ꝑoris ꝛ posterioris motꝰ seorsuꝫ ꝛ diui-
sim est formale significatū tēporis vt tactuꝫ fuit priꝰ vel
ad minus discretio vel distinctio huius apprehensionis
ꝛ illius: qḋ pro tanto dico: qꝛ ipsa apprehēsio vel intelle
ctio ꝑoris ꝛ posterioris existentiū in motu nō est q̄titas
discreta: ſꝫ est actio vel passio vel q̄litas: vt dicit̄: forma-
Cō.101. le aūt significatū tēporis est q̄titas discreta ſm Cōmen
tatorē. Et qꝛ non videt̄ esse intentio Aristo. loqui hic de
tempore ꝛ ipsuꝫ diffinire ſm ꝙ ens in aīa: sed vt est q̄ti-
tas cōtinua motus ꝛ existens preter vel extra aīaꝫ: idō di
cit Cōmentator cōmēto. 43. ꝙ in libro Alexandri nō ē
numerare numeri motus: sed numerus motus: ꝛ subdit:
diffinitio igit̄ in qua non est dubitatio: est tēpus est nūe-
ratū prioris ꝛ posterioris existētiū in motu: quare nō va
let ratio. ℂ Ad aliā cū dicit̄ numeratū ꝑoris ꝛ posterio
ris ꝛc̄. Verū est numerus quo numeramus: sed pōt esse
numerus numeratus. s. res numerata: ꝛ sic intelligit Cō-
mentator ꝛ Arist. vt pꝫ inspicienti. ℂ Ad aliā. priꝰ ꝛ po
sterius motus non est numerus motus. dico ꝙ veruꝫ est
accipiendo numerū pro numero quo numeramus: ſꝫ be
ne est numerus numeratus: ꝛ hoc modo intelligitur.
ℂ Ad aliā dico ꝙ tp̄s est numerus ꝛ res numerata. s. pri
us ꝛ posterius ꝛc̄. Et cū dicit̄ ꝙ ista res numerata est ipe
motus. dico ꝙ verū est accipiendo motū pro fluxu con-
tinuo quo mobile fluit de vna parte ꝑfectionis ad aliaꝫ
ꝛ iste fluxus continuus seu successio ꝛ duratio est ipsum
tēpus. ꝛ est etiā motus ſm famositatē ꝛ ſm famosiorem
opinionē. Diuersimode tn̄ dicit̄ motus ꝛ tempus vt di-
ctū est priꝰ. Nam iste fluxus cōtinuus ſm se ꝯsideratus
dicit̄ motus: sed ſm qḋ est numerabilis ꝛ distinguibilis
sic dicit̄ tempus. Et nō est michi icōueniēs ꝙ tēpus quā-
tū ad id qḋ ipsuꝫ est extra aīaꝫ sit idē essentialr̄ cū motu
accipiēdo motū pro fluxu ꝯtinuo: ſꝫ non sit idē cū motu
qui est perfectio generata pars post partē: vt dictum est
priꝰ. ℂ Ad aliam pōt dici: ꝙ per illud priꝰ ꝛ posteriꝰ in-
telligende sunt pars prior ꝛ pars posterior fluxus conti
nui: ꝛ non ipsa mutata esse: quorum vnū est prius ꝛ alte
ruꝫ posterius: non eniꝫ ipsuꝫ tēpus est essentialiter ipsa
mutata esse: quoꝝ vnum est priꝰ alio: sed est essentialiter
pars prior, ꝛ pars posterior fluxꝰ cōtinui seu successiōis
cōtinue. Et cū dicit̄. ꝙ iste partes non sunt numerate: ſꝫ
cōtinue ꝛ sic ſm hoc tēpus nō erit res numerata. hic di-
co ꝙ licet ille partes fluxus cōtinui non sunt extra aīam
actu. tn̄ sunt aptitudinaliter numerate ꝛ idonee ꝙ nūe-
rent̄ ꝛ distinguant̄: ꝛ hec numeratio ꝛ distinctio earum
ſm discontinuationeꝫ fit per aīam apprehendentē istas
partes apprehensionibus diuersis ꝛ discōtinuis: ꝛ est si-
mile sicut de linea cōtinua: linee enim ipsius ꝯtinue par-
tes non sunt actu extra aīam numerate ſm diuisionem
ꝛ discretionē: ſꝫ tn̄ qꝛ vna pars linee non est alia: ſꝫ vna
est extra aliā: ideo sunt apte nate vt numerent̄ per aīam
ita. s. ꝙ aīa apprehendat vnam illaꝝ seorsuꝫ ab alia ꝛ di
uisim non ꝯtinuando apprehensionem apprehēsioni al-
terius oīno. Similr̄ partes ipsius fluxus cōtinui quāuis
non sint actu extra aīam diuise ꝛ discontinuate: tamē qꝛ
vna illaꝝ non est alia: sed vna est extra aliā vel post ali-
am: ideo sunt apte nate ꝙ aīa eas numeret distincte ꝛ di
uisim eas apprehendendo apprehensionibus non conti
nuis. Et hec numeratio est formale significatū ipsius tē-
poris: ꝛ illud nō est actu extra aīam ſꝫ in potētia inq̄tū
partes iste sunt apte nate sic apprehendi. sicut partes li-
nee sunt apte nate apprehendi seorsuꝫ ꝛ diuisim. In hoc
tn̄ est differētia īter partes linee ꝛ partes fluxus: qꝛ pa
tes linee pn̄t discontinuari actu extra aīaꝫ per diuisionē
vt cū lignū aut lapis diuidit̄ realiter: sed ꝑtes fluxus exi
stētes in ꝑmo mobili nunq̄ pn̄t discontinuari abinuiceꝫ
per qḋcunqꝫ diuidens realr̄ extra aīam: qꝛ sic motus de-
ficeret: qḋ est impossibile ſm phm̄. videt̄ ergo diffinitio
tēporis in qua non est dubitatio esse tanta: ꝙ tempus ē
essentialr̄ pars prior ꝛ pars posterior fluxꝰ cōtinui: quo
mobile fluit continue de vna parte ꝑfectionis ad aliaꝫ:
prout ille partes sunt numerabiles seu distinguibiles ab
inuicē. ꝛ hoc loquēdo de tempore q̄tum ad suū mālē si-
gnificatū qḋ est extra aīaꝫ quoquo modo. ℂ Ad aliā di
cendū ꝙ prius ꝛ posterius non accipiunt̄ in diffinitione
tēporis pro istis respectibꝰ qui sunt ꝑoritas ꝛ posterio-
ritas isti enim sunt relationes quedā: sed accipit̄ ibi priꝰ
ꝛ posterius pro re que substernit̄ vel subijcit̄ istis respe-
ctibus: ꝛ ista est quid absolutū. ℂ Ad aliā cū dicit̄. ꝙ ꝑ-
us ꝛ posteriꝰ diffiniunt̄ tēpore ꝛc̄. Dico ꝙ priꝰ ꝛ posteriꝰ
possunt accipi duplr̄. Vno modo put sunt differentie or
dinis. Alio modo pro partibuſ ipsius fluxus: quaꝝ vna
est ꝑor ꝛ alia posterior. Primo modo priꝰ ꝛ posteriꝰ dif
finiunt̄ tēpore. res eniꝫ ꝑor est que fuit in aliquo tēpore
in quo non fuit alia: ꝛ res posterior est que nō erat in al
quo tēpore in quo erat alia: ꝛ loquor de ꝑori ꝛ posterio
ri put sunt differētie ordinis generationis: nō differētie
ordinis que est inter cām ꝛ cātum. Sed si sumat̄ 2ͦ mo-
do. s. pro partibus fluxus continui: sic ponunt̄ in diffōne
tēporis: vt dictū est priꝰ: ꝛ hoc non est incōueniēs. Tps
itaqꝫ essentialr̄ est idē cū partibꝰ successionis continue:
quaꝝ vna est ꝑor altera. ℂ Ad aliā cū dic̄ Cōmētator
ꝙ priꝰ ꝛ posteriꝰ in motu ꝛc̄. pōt dici ꝙ loquit̄ de ꝑori ꝛ
posteriori in motu pro ꝑtibus ꝑfectionis. Pars. n. per-
fectionis ꝑor ē illa q̄ fit in tēpore ꝑori. ꝛ pars posterior
est illa que fit in tēpore posteriori: ꝛ hoc mō nō sumit̄ in
diffōne tpis: vt pꝫ ex dictis: ſꝫ sumit̄ pro ꝑtibꝰ fluxus cō-
tinui nūerabilibꝰ vel nūeratis. q̄re ꝛc̄. Q. ō. XX.

G Ratia ꝑdicatoꝝ q̄rit̄ hic. Vtꝝ priꝰ ꝛ po
steriꝰ motꝰ sint idē essentialr̄ cū ꝑori ꝛ po
steriori tēporis. ℂ Arguit̄ ꝑmo ꝙ nō. qꝛ
si sic eēt tūc priꝰ ꝛ posteriꝰ i motu nō eēnt
ꝑtes motꝰ: qḋ vr̄ incōueniēs. ꝛ pꝫ ꝯn̄a. qꝛ
ꝑtes tēporis nō sunt ꝑtes motꝰ. Nūc aūt
priꝰ ꝛ posteriꝰ in tēpore sunt ꝑtes tēporis. g̊ priꝰ ꝛ poste-
rius in tēpore nō sunt ꝑtes motus: ꝛ sic si priꝰ ꝛ posteriꝰ
in motu sint idē eēntialr̄ cū ꝑori ꝛ posteriori in tēpore:
tūc priꝰ ꝛ posterius in motu nō erūt ꝑtes ipsius motus.
ℂ Itē si sic: tunc tēpus diffiniret̄ per priꝰ ꝛ posterius in
tēpore: qḋ videt̄ incōueniens spālitere ꝑpter hoc: qꝛ ꝑtes
q̄titatiue nō vident̄ poni in diffōne totius quantitatiui:
T.c.35. vt videt̄ velle Aristo. in. 7. metaph. Semicirculus enim
non ponit̄ in diffōne circuli: nec digitus in diffōne illius
cuiꝰ est digitus sed magis econuerso. vnde ibi dicit phs.
ꝙ semicirculus diffinitur circulo ꝛ digitus toto. ꝛ pꝫ cō
sequētia. quia tempus diffinitur per prius ꝛ posterius in
motu: vt pꝫ in littera. Si ergo priꝰ ꝛ posteriꝰ in motu est
idē essentialr̄ cū ꝑori ꝛ posteriori in tēpore: tunc diffini-
tur tēpus per priꝰ ꝛ posteriꝰ in tēpore. Prius autē ꝛ po
steriꝰ in tēpore sunt ꝑtes tēporis: vt manifestuꝫ est. qua-
re ꝛc̄. ℂ Item si priꝰ ꝛ posterius in tēpore esset idē eēn-
tialiter cū ꝑori ꝛ posteriori in motu: tunc cū priꝰ ꝛ poste
rius in motu non sit aliud q̄ successio cōtinua vel dura-
tio motus: sequeretur ꝙ etiaꝫ ipsuꝫ tēpus esset essentia-
liter ipsa successio ꝯtinua vel duratio motus: ꝛ sic mu.

melius ꝛ facilius potuisset tempus fuisse diffinitū dicen
do ipsuȝ esse successionē aut durationē continuā motus
ꝙ Aristo. ipsuȝ diffinivit dicendo ipsuȝ numerū ꝓoris ꝛ
posterioris in motu: qꝺ est ridiculū. ¶ Itē causa non est
idē essentialiter cū causato. hec est manifesta. Causa eni
est ad cuius esse sequit̃ aliud vt cōiter dicit̃: ꝛ habet̃ in li
bello de bona fortuna. Sed ꝑus ꝛ posteriuȝ in motu est
T.c.99. causa ꝓoris ꝛ posterioris in tēpore: vt vult Ari. in litte
ra: sicut ꝑus ꝛ posterius in magnitudine est causa ꝓoris
ꝛ posterioris in motu: vt dicit̃ in lr̃a ꝛ in textu Cōmen
tatoris habet̃ sic: qꝛ motus est cōtinuus ꝛ tēpus est cōti
nuū. ꝛ Cōmētator exponēdo illā dicit ꝙ causa continui
tatis tēporis ē cōtinuitas motus. ¶ Itē si ꝑus ꝛ poste
rius tēporis esset idē eēntialr̃ cū ꝓori ꝛ posteriori motꝰ
ꝛ econuerso: tunc tēpus non mēsuraret motū ſm ꝙ quā
tum quoddā est: qꝺ est ꝯtra Aristo. dicentē ꝙ tēpus mē
surat motū ꝛ quietē ħȝ ꝙ quāta quedā. ꝛ ꝓbatur ꝯñā. qꝛ
tēpus est idē eēntialr̃ cū suo ꝓori ꝛ posteriori: vt omnes
cōcedunt: si igit̃ ꝑus ꝛ posteriꝰ tēporis est idē essentialr̃
cuȝ ꝓori ꝛ posteriori motꝰ: sequit̃ ꝙ tēpus est essentialr̃
ꝑus ꝛ posterius ipsius motꝰ. Prius aūt ꝛ posterius ipsi
us motus est ꝗtitas motus. s. ciꝰ successio continua: igit̃
tēpus erit ꝗtitas motus essentialr̃. Si igit̃ tēpus mēsu
rat motū ſm ꝙ quātus est: tūc tēpus mēsurat seipsuȝ: qꝛ
ipsuȝ tēpus est ꝗtitas motus vt deductum est: quare ꝛc.
T.c.2. ¶ Itē mēsura est ꝓor mēsurato nālīter. io. metaph. ſȝ tē
pus est mensura motꝰ vt quātus est. vt ꝯcedit̃. ꝛ hoc di
cit Aristo. igit̃ tēpus est ꝑus nālīter ꝗtitate motus: hoc
aūt non esset si ipsuȝ tēpus esset essentialr̃ ꝗtitas motuȝ
qꝛ nihil est ꝑus naturalr̃ seipso: modo si ꝑus ꝛ posteriꝰ in
tēpore eēnt idē eēntialr̃ cū ꝓori ꝛ posteriori in motu: cū
ꝑus ꝛ posterius in motu sint ꝗtitas ipsius motus: tunc
tempus quod est prius ꝛ posterius esset quantitas mo
tus: quod est inconueniens: vt probatum est. ergo ꝛc̃.

Oppositum arguit̃: qꝛ ꝑus ꝛ posteriꝰ in tēpo
re est idem essentialr̃ ꝙ tempus
hec est manifesta: sed tempuȝ est idem cū ꝓori ꝛ posterio
ri ipsiꝰ motus: ergo a ꝑmo ad vltimū ꝑus ꝛ posterius tē
poris idē ē eēntialr̃ cū ꝓori ꝛ posteriori in motu. q̄re ꝛc̃.

Ad euidentiā questionis est intelligendū ꝙ
sic tenet doctrina cōis sup ȝ^m
huius. ꝛ attribuitur Cōmētatori. Motus pōt accipi du
pliciter. Uno mō pro forma īpfecta cuꝰ vna pars ge
nerat̃ post aliā ꝯtinue donec perficiat̃ ꝛ sit in actu. Alio
modo pro fluxu ꝯtinuo quo mobile fluit de vna pte ad
aliā. ¶ Aliā tñ distinctionē vel eādē modo alio loquē
Com.9. di ponit Cōmētator in. ſ. huiꝰ. ꝙ motus pōt considera
ri ꝗtū ad suam māfi: ꝛ sic est perfectio dīminuta in eo
dem genere existens cum termino ad quem. Alio modo
ꝗtum ad formā suam: ꝛ sic est transmutatio cōiuncta cū
tēpore: ꝛ sic est genus per se. s. passio: vt dicit ibidē. Hāc
aūt distinctionē nō sic intelligo ꝙ ipe motus sit qđ vnuȝ
per se cōpositū essentialr̃ ex illis rebꝰ ꝑdictis. s. ex perfe
ctione dīminuta ꝛ ex trāsmutatione cōiuncta cū tēpore:
nā ex talibus rebus diuersis ꝛ ꝑcipue diuersoꝝ generuȝ
ꝑdicamētaliū non fit vnū ens per se. Sed intelligo sic ꝙ
hoc nomē motus significat duo. quoꝝ Unū est sicut ma
teria. Et aliud est ad modū forme: ꝛ aliud significatū qꝺ
hȝ modū māe respcū alteriꝰ est ipsa forma dīminuta: cu
ius vna pars generatur post aliam. Illud aūt qꝺ habet
modū vel similitudinem forme est ipsa trāsmutatio con
iuncta cum tempore: quare aūt vnū istoꝝ est sicut mate
ria ꝛ alteꝝ sic forma: videndū est in. ſ. huiꝰ. Si aūt ipa
transmutatio ꝯiuncta cū tēpore quā Cōmētator dic̃ eē
formā motꝰ est qđ aliō ab ipso fluxu ꝯtinuo ꝛ a succes
sione ꝛ a duratione: tūc opȝ itelligere ex predictis distin
ctionibꝰ vnā distinctionē trimembrē: ꝛ est ꝙ motus pōt
accipi pro forma diminuta tendēte ad cōplemētū. Alio
modo pro transmutatiōe ꝯiuncta cū tempore. Alio mo
do pro fluxu ꝯtinuo seu successione ipsiꝰ durationis que
ꝓuenit vel ex resistētia mediȷ sicut in grauibus ꝛ leuibus
inaiatis. vel ex resistentia termini a quo sic̃ in aliȷs moti
bus ꝓprie dictis. ¶ Ulteriꝰ itelligēdū ꝙ per ꝑus ꝛ po
sterius in motu possumus itelligere tria. Unoꝰ ptes pfe
ctionis: quaꝝ vna generat̃ ꝑus ꝙ alia. Alioꝰ ptes ipsiuȝ
trāsmutationis cōiuncte cū tēpore cuiꝰ vna pars est ꝓor
alia. Tertio mō pōt accipi ꝑus ꝛ posteriꝰ motꝰ pro pte
ꝓori ꝛ parte posteriori fluxus ꝯtinui seu successiōis ꝛ du
rationis. ¶ 3ꝰ considerandū est ꝙ ꝑus ꝛ posterius in tē
pore vt hic sumit̃ sunt ptes ꝗtitatiue tpis ꝛ sunt idē eēn
tialiter cū ipso tēpore ꝛ ecōuerso. sicut partes ꝗtitatiue
linee sunt eedem essentialiter cū ipsa linea ꝛ econuerso.

His visis dico ad qōnē tria. Primo ꝙ si suma
tur ꝑus ꝛ posteriꝰ motꝰ ꝓ ptibꝰ pfe
ctionis: quaꝝ vna generat̃ post aliā: sic nō sunt idē essen
tialiter cū ꝓori ꝛ posteriori in tēpore. ꝛ hoc facilr̃ ꝓbat̃.
qꝛ hmōi ptes motꝰ sunt in predicamēto ꝗtitatis vel q̄li
tatis vel vbi: sicut etiā motꝰ qui est forma fluens. Tem
pus aūt est in genere ꝗtitatis vt manifestū est in ꝑdica
mentis. ¶ 2ꝰ doȝ ꝙ etiā si recipiat̃ ꝑus ꝛ posterius pro
partibus trāsmutationis: quaꝝ vna est ꝓor ꝛ alia poste
rior: adhuc ista nō sunt eadē eēntialr̃ cū ꝓori ꝛ posterio
ri que sunt tēpus: qꝛ quēadmodū ꝑma trāsmutatio con
iuncta cū tēpore: quā Cōmētator ponit formā motꝰ: est
in genere passionis ſm Cōmētatorē: sic etiaȝ partes ciꝰ
sunt in genere passionis: sicut ptes albedis sunt in codeȝ
genere cū albedine: eo mō quo ipsa pōt hr̃e ptes: q̄re tē
pus ipsuȝ cū sit ꝗtitas nō est idē eēntialr̃ cū illis ptibus
trāsmutationis. ¶ 3ꝰ dico ꝙ si sumat̃ ꝑus ꝛ posteriꝰ pro
ptibus fluxus ꝯtinui siue pro ipsa successiōe ꝯtinua ꝛ du
ratione sic sunt idē eēntialr̃ cū ipo ꝓori ꝛ posteriori tpiȝ
qꝛ hmōi ꝑus ꝛ posteriꝰ q̄ sūt ptes fluxꝰ ꝯtinui sꝫ q̄dā ꝗti
tas ꝯtinua. s. duratio successiua. H̃ habeo pro manifesto:
ſȝ nō pñt eē alia ꝗtitas nisi tēpus vt manifestū est ꝯside
rāti per inductionē: nō eniȝ est ꝗtitas ꝑmanēs. s. neqꝫ li
nea: neqꝫ supficies: neqꝫ corpꝰ: neqꝫ est ꝗtitas successiua
que est oīo. qꝛ oīo que est spēs ꝗtitatis dicit̃ eē multitu
do ptiuȝ vocis distantiū ꝛ sibiīuicē succedentiū: q̄re re
linquit̃ ꝙ ꝑus ꝛ posteriꝰ que sunt ptes fluxus ꝯtinui seu
successionis ꝯtinue sunt idē qꝺ ipsum tpᷤ. Tēpus aūt ē
idē eēntialr̃ cū ꝓori ꝛ posteriori in tēpore: qꝛ hec sūt par
tes ciꝰ intrinsece ꝗtitatiue. ergo ꝑuȝ ꝛ posterius in motu
est idē eēntialr̃ in motu cū priori ꝛ posteriori in tēpore.
¶ Itē ꝯfirmat̃: qꝛ motus mensurat̃ tēpore ſm ꝙ quan
tus est ꝗtitate successiua: hoc est notum. Tūc quero de
illa quantitate successiua ſm quā motus est mensurabi
lis a tēpore an ipsa sit tpᷤ: an alia ꝗtitaȝ a tēpore. Si sit
tēpus habeo ꝓpositū. Nā ꝑus ꝛ posteriꝰ in motu nō sūt
aliud ꝙ ꝗtitas motus. loquendo de motu pro fluxu for
me. ꝛ sic illud priꝰ ꝛ posteriuȝ est ipsum tēpus. Et si dica
tur ꝙ illa ꝗtitas successiua ſm quā motus cōtinuus est
mensurabilis tempore sit alia quātitas a tempore: cū il
la quātitas non sit species ꝗtitatis: que est oratio nec li
nea nec superficies nec tempus nec numerus: vt manife
stum est: sequit̃ ꝙ est alia species ꝗtitatis: preter illas q̄s
Aristo. numerauit in ꝑdicamentis: qꝺ est absurdum ꝛc̃.

Ad rationes. ¶ Ad primā cuȝ dicitur ꝙ sic
priꝰ ꝛ posteriꝰ nō essent partes
motus ꝛc̃. dico ꝙ non sequitur. Et ad probationem cuȝ
dicitur ꝙ partes temporis nō sunt partes motus. Dico

ꝙ veruz est accipiendo partes motus pro partibus perfectionis cuius vna pars generatur post aliam. Sed si loquatur de motu pro fluxu cōtinuo forme sic partes tēporis bene sunt partes motus: ⁊ ecōuerso. licet differāt aliquo modo: sm̄ rationem ⁊ modum: vt dictum fuit.

¶ Ad aliud cōcedo ꝙ temp⁹ bene diffinitur per prius ⁊ posterius que sunt eius partes q̄titatiue. Et cuz dicitur ↄtra hoc: ꝙ partes q̄titatiue non ponūtur in diffōne totius: pōt dici ꝙ veꝝ est in diffōne totius cui accidit quātitas: sicut homini accidit q̄titas. ⁊ ideo digit⁹ qui est ei⁹ pars q̄titatiua nō ponitur in eius diffōne: sed in diffinitione totius qd̓ essentialiter est q̄titas vel de eius essentia est q̄titas bene ponunt eius ptes. Vñ in predicamētis dicit ꝙ q̄titas continua est cuius partes sunt copulate ad terminuz cōmunē. Ecce ꝙ in diffinitione q̄titatis ponunt eius partes. Silr̄ numerus diffinitur ꝙ sit multitudo ex vnitatib⁹ aggregata. Et ↄstat ꝙ vnitates sunt partes numeri q̄titatiue: sic aūt est in ꝓposito: tēpus est q̄titas ↄtinua: ⁊ prius ⁊ posterius: que sunt ei⁹ partes fluxus numerabiles seu distinguibiles sunt eius partes. quare ⁊c̄. Et cum dicit tertio ꝙ tunc sm̄ hoc Arist. potuisset melius diffinire tēpus dicendo ipsuz esse fluxuz continuum vel successionē continuā de vna parte perfectionis ad aliā. Dico ꝙ imo Aristo. melius diffiniuit tēpus dicendo ipsuz esse numerū motus sm̄ prius ⁊ posterius. i. sic Cōmētator exponit res numerata priori ⁊ posteriori existētiū in motu: hec eniz est diffinitio tēporis cōpleta. Intelligēdo tñ per illa prius ⁊ posterius partes flux⁹ cōtinui. Iste aūt partes fluxus ↄtinui nō dicunt temp⁹ nisi sub rōne qua sunt numerabiles ⁊ distinguibiles abinuicem ita ꝙ ipsa aptitudo ad numerationē ⁊ distinctionez est formalis ratio sub qua tempus significat illud qd̓ significat. Qꝫ aūt iste partes sunt numerabiles: hoc prouenit eis ex eo ꝙ sunt diuerse ita ꝙ vna earū nō est alia. Diuersitas aūt earuz non intelligit nisi sm̄ ꝙ vna est prior ⁊ alia posterior: sicut diuersitas partiū linee nō itelligit nisi q̄ꝛ vna est extra aliā vel in alio situ vna q̄ꝫ alia: vnde si essent in eodē situ reuerterent in idem: vt pꝫ ex. 4. hui⁹. Et sic radicalis causa numerabilitatis istaruz partiū est prius ⁊ posterius: ⁊ ꝓpter hoc multuz subtiliter ⁊ ꝓfunde cōsiderauit ⁊ diffiniuit Aristo. ipsuz tēpus dicēdo ipsuz esse numerū motus sm̄ prius ⁊ posterius. per hoc eniz explicauit essentiā tēporis. s. ipsuz fluxuz continuū ⁊ rōnez numerabilitatis eius sub qua numerabilitate importat hoc nomen tempus: ita ꝙ melius diffiniuit tempus q̄ꝫ si solum dixisset ipsum esse fluxum continuum vel durationem vel successionem continuam.

¶ Ad aliā que nihil videt difficilis cuz dicit ꝙ prius ⁊ posterius ⁊c̄. videt mihi ꝙ in textu Arist. hoc nō habetur ꝙ prius ⁊ posteri⁹ in motu sit cā prioris ⁊ posterioris in tēpore: sꝫ bene dicit ꝙ prius ⁊ posterius in magnitudine est aliquo modo causa prioris ⁊ posterioris i motu: ⁊ loquit hic de motu locali. Et subdit ꝙ in tēpore ⁊c̄. ē prius ⁊ posterius ꝓpter id qd̓ sequit alterum alterum. i. ꝓpter id ꝙ vna pars temporis sequit aliā: ⁊ hec sunt verba Aristo. Qm̄ aūt in magnitudie primū ⁊ vltimū necesse est in motu prius ⁊ posteri⁹ eē ꝓportionaliter his que sunt ibi. At vo ⁊ in tēpore est prius ⁊ posteri⁹ ꝓpter id qd̓ sequit alterū alteꝝ. In quib⁹ verbis nō exprimit ꝙ prius ⁊ posteri⁹ mot⁹ sit cā prioris ⁊ posterioris tēporis. Qꝫ siquis vellet hoc tenere q̄ꝛ famosuz est: posset dicere ꝙ priꝰ ⁊ posteri⁹ ipsius mot⁹: que quidē prius ⁊ posterius sunt partes perfectionis. quaꝝ vna generatur post aliā: ista sunt aliq̄liter causa prioris ⁊ posterioris in tempore. Dictū eniz ē ꝙ prius ⁊ posterius tēporis est ipse fluxus continu⁹ seu successio: hm̄oi aūt flux⁹ seu successio quodāmodo fundat in illa forma vel perfectione cuius vna pars generatur post aliā: sicut fluxus: quo calefactibile fluit de vna parte caliditatis ad aliā quodāmodo fundatur in ipsa caliditate nō tanq̄ꝫ in pncipali subiecto: sed sicut in dispōne ⁊ preparatione subiecti. Similr̄ fluxus quo vnum mobile localiter fluit de vno vbi ad aliud vbi: vel succedit aliquo modo fundatur in ipso vbi: ⁊ sic prius ⁊ posteri⁹ motus qui est perfectio fluens se hꝫ in rōne cause mālis respectu ipsius fluxus continui seu successionis continue. Sed qd̓ Cōmentator: dicit videt difficilius ꝙ causa cōtinuitatis in tempore est continuitas motus. Forte dōm ꝙ per continuitatē motus Cōmentator intelligit dependentiam ⁊ ꝓductionē motus a motore sine interruptione ⁊ defectu essendi: ⁊ hec est aliquo modo causa ↄtinuitatis tēporis: q̄ꝛ eniz mot⁹ dependet a motore sine interruptione: ideo durat continue ⁊ habet tēpus continuū: sed si intelligeret per cōtinuitatem motus quādā aliam q̄titatem ipsius que sit causa temporis hoc esset multuz mirabile. Et forte per continuitatē motus intelligit partes perfectionis que cōtinue sibiinuicem succedunt sine medio: hec enim partes substernuntur fluxui seu tempori aliquo mō: ⁊ sic reducunt ad genus cause mālis ⁊ subiecti. Inquire bene vsqꝫ ad fundū nescio aliud nunc.

¶ Ad aliam nego ↄñam. Et cū dicit ꝙ tunc tempus mēsurabit ipsuz. dico ꝙ nō est inconueniens ipsum tempus vno modo sumptū mensurare seipsuz ⁊ alio modo sumptū. Aliqua enim pars tēporis determinata ⁊ nota per sui replicationē mēsurat aliqd̓ totū tempus ignotuz vel minus notū: vt dies mēsurat annū vel mēsez: ⁊ sic de ceteris. Et hoc videtur sentire Arist. in lr̃a. vbi dicit ꝙ totū mēsuratū est idē ꝙ multa mota: qd̓ verū ē: q̄ꝛ totū est idē cū suis ptibus aliquo modo: vt patuit in primo hui⁹. T.c.13.

Et cū cōsideratū fuerit de mensuratiōe motus a tp̄e ap parebit ꝙ nō mēsurat rez motā ſm ꝙ mota simplr̄. ver bi gratia. subā aut q̄tū. aut q̄le aut aliō modoꝝ ēendi: sed ſm hoc motus est in predicamēto passiōis. s. motuꝫ ſm ꝙ motus: sed ꝫ q̄titatē accidentē motui. Uerū est ꝙ in aliq̄bus cōmentis littera est ibi incorrecta. Sed ꝙ hoc sit itentio Cōmen. pꝫ in eodē Cōmēto vbi sic dicit: tempus mēsurat ens ſm ꝙ motū aut q̄eicēs nō simplr̄: sed ſm q̄titatē accidentem motui ꝛ quieti. ¶ Et ē hic intelligendum ne oporteat de hoc fieri questionē ꝙ ipse motus primus q̄tū ad suā totalitatem nō mensuratur: quapropter illud solū mensurat᷑ tempore: qđ exceditur ipso vt docet Aristo. in littera. Modo ꝯstat ꝙ motus eternus non exceditur a tempore. quare ꝛc̄. Cō. 119.

Ad rationes. Ad ꝑmā dico ꝙ tempus vno mō sumptū mēsurat ipm̄ tp̄s alio mō sumptū: aliqua. n. pars tp̄is que est tp̄s ꝛ est no ta mensurat tp̄s maioris q̄titatis qđ erat ignotū: vt di es mensurat septimanā ꝛ septimana mensem: ꝛ sic de si milib᷒: ꝛ hoc nō est incōueniēs. ¶ Ad aliā pꝫ ex dictis. ¶ Ad aliud dicēdum ꝙ tp̄s nō est passio ipsius q̄tita tis ipsius motus. imo est essentialiter q̄titas ipsiuꝫ mo tus vt dictū ē. est aūt notius vt mensurat seipso vt men surato: ꝛ cuz dicit᷑ ꝙ tempus est passio motus: ꝛ ꝑ ꝯn̄s: motus est notior ipso tp̄e. dico ꝙ tp̄s est passio motus qui est perfectio diminuta cuius vna pars generat᷑ post aliā ꝑte: est eniz q̄titas fluēs vel ipse fluxus ꝯtinuus hu ius pfectiōis aliquo mō. Sꝫ si sumat᷑ mot᷒ pro ipo flu xu sic tēpus nō est eius passio: imo est ipsummet tēpus.

¶ Quoniam autem tempus est mensuratio erit ꝛ quietis metrum ꝫ accidens omnis eniz qui es in tempore est ꝛc̄. Textu cōmenti. CXVIII.

¶ Questio. XXV.

Hic queritur. Utrum tp̄s sit mēsura q̄etis. ¶ Arguit᷑ ꝑmo ꝙ nō: q᷑ non entis nō ꝺ᷑ esse mensura realis sed ipsa quies est non ens cum sit priuatio motus: ꝛ tempus est mensura realis. ergo ꝛc̄.
¶ Oppositum vult Aristo. in littera.

Dicendū ꝙ q̄es mēsurat tp̄e qđ pꝫ rōne Arist. in lr̄a. nā quies est ꝑuatio mot᷒ in sub iecto apto nato moueri: nō enim oē immobile quiescit: sed priuatū motu. aptū autem natū moueri: ꝛ sic patet ꝙ quies est priuatio ꝛc̄. talis aūt priuatio mensurat᷑ tē pore: que. s. est ꝑuatio alicuius mēsurati tēpore. q̄re ꝛc̄.
¶ Modus autem ſm quez quies mensuratur tempore talis est contingit enim ꝙ cum aliquod mobile quiescit simul existente quiete illa est motus in alio mobili: ꝛ ille

alius motus mēsurat̄ tēpore aliquo: ⁊ sic illa quies men
suratur tempore que simul cum illo motu existit. vnde
quies mensuratur tēpore per accidēs inq̄tū motus ali-
quis qui est dū quies est mensuratur tempore: ⁊ tantā
q̄titatē intelligimus esse q̄etis q̄ta q̄titas motus: quo
existente est illa quies: vt si quiescente aliquo mobili ali-
ud mobile mouet̄ in tribus horis dicimus illud mobile
quieuisse tribus horis: similiter autem ⁊ in aliis. ℭ Sȝ
obiicies eodē mō possȝ dici ꝙ linea vł albedo mēsurat̄
tēpore: quia ipsa albedo vel linea est dum motus aliq̄s
est in tempore mēsuratus: ⁊ sic albedo ⁊ linea mēsurat̄
tempore. Dico ꝙ nō est simile: q̄ linea vel albedo nō ē
priuatio alicuius mēsurabilis a t̄pe: nec subiectū existēs
in linea vel albedine: nec ē in potētia ad aliq̄d oppositū
eis mensurabile t̄pe: quies vō est ꝑuatio alicuius men-
surabilis t̄pe: ⁊ subiectū q̄escens est in potentia ad aliq̄d
qd̄ est mensurabile tempore. s. ad motum. quare ⁊c̄.

Ad rationem patet ex dictis: quies enīȝ nō est oīno nō ens: sed nō ens in
subiecto vt dictum est. Si aūt esset pure non ens vt chi
mera vel huiusmodi non mensuraretur tempore.

ℭ Mutatio autē omnis a natura remotiua est:
in tempore autē omnia fiunt ⁊ corrumpuntur
⁊c. Textu com. CXXVIII. Qō. XXVI.

Queritur hic vtrū motus sit causa per se cor
ruptiōis. ℭ Arguit̄ ꝙ nō: q̄ si motus eēt ꝑ
q se causa corruptionis. hoc eēt pro tanto: q̄
mobile dū mouet̄ recedit ab aliqua disposi
tiōe quā prius habebat ita ꝙ aliq̄ dispositio
corrūpit̄ in mobili dū mouet̄: sȝ ꝓpter hoc nō est dicen
dū ꝙ motus sit cā ꝑ se corruptiōis: q̄ sic mobile dū mo
uet̄ in t̄pe corrūpit̄ aliq̄ dispositio que ꝑus erat: sic mo-
bile dū mouet̄ acq̄rit̄ in ipso aliqua dispositio quā ꝑus
nō habebat: ⁊ sic pari rōne motus eēt ꝑ se cā ḡnatiōis
sic̄ corruptiōis: cuius oppositū vult Aristo. hic q̄re ⁊c̄.
ℭ Itē ḡnatio nō est ꝑ se cā corruptiōis. hec videt̄ vera
per se q̄ vnū oppositorū nō vr̄ eē ꝑ se cā respectu alteri
us. ḡnatio aūt ⁊ corruptio opponūt̄. mō ipse motus ē
Com.4 generatio s̄ȝ Cōmen. in 3° huius. vbi dicit. ꝙ motus est
ḡnatio vnius ptis ⁊c̄. ℭ Item illud qd̄ magis eēntialr̄
hȝ habitudinē ad illud qd̄ generat q̄̄ ad aliquid quod
corrumpit̄ videt̄ magis esse cā ḡnationis q̄̄ corruptio-
nis. hec vr̄ manifesta: sed motus magis essentialē hȝ ha
bitudinem ad aliq̄d qd̄ generat̄ q̄̄ ad illud qd̄ corrūpit̄.
motus enīȝ dicit̄ eē idē essentialiter cū termino ad quē:
T.cō.9. vt pȝ in 5° huius. ⁊ 3° ⁊ nō cū termino a quo: mō i mo-
T.c.4. bili dū mouet̄ generat̄ terminus ad quē: vt manifestuȝ
est: ⁊ terminus a quo corrumpitur. quare ⁊c̄.
ℭ Oppositū arguit̄ per Arist. in lr̄a. Dicit enīȝ ꝙ destru
ctionuȝ mutatio per se est generationis ⁊ ipsius esse est
s̄m accidens. Et idem dicit Cōmen. ibidem.

Ad questionem intelligēdū ꝙ sic̄ pluries assumptū ē: motus vno
mō accipit̄ pro forma cuius vna pars ḡnat̄ post aliam
donec ꝑficiat̄ ⁊ sic est in tribus generib⁹. s. q̄titatis q̄lita
tis ⁊ vbi. Alio mō sumit̄ ꝑ trāsmutatiōe ꝯiuncta cū tē-
Com.9. pore. vt dicit Cōmē. in 5° hui⁹. i. ꝑ receptiōe ꝯtinua suc
cessiua ipsius ꝑfectionis. Et in ista transmutatiōe ꝯiun
cta cū tēpore. i. receptione ꝑfectionis cū successiōe cōti
nua est duo cōsiderare. s. ipsam receptionem: ⁊ q̄tuȝ ad
hec est in genere passionis ⁊ ipsaȝ successionem cōtinuā
sed fluxū continuū: ⁊ quantum ad hoc est q̄titas. s. tem
pus vt dictū fuit prius. Modo questio ista non intelli-
gitur de motu vltimis duobus modis. s. pro receptione
perfectiōis ⁊ pro fluxu: sed ꝓ perfectiōe recepta in mo
bili a motore. Et dicitur communiter ad questionem ꝙ
motus potest considerari dupliciter. Uno modo s̄ȝ se.
Alio mō s̄m ꝙ est istrumētū alicuius agentis intēdētis
aliquā formā in mobili ꝓducere. ⁊ pmo q̄dē mō motus
est causa corruptionis vt dicitur. Nam eo ipso ꝙ aliq̄d
mouet̄ recipiendo aliquā ꝑfectionē quā ꝑus nō habe-
bat: corrūpit̄ in mobili dispositio aliqua quā ꝑus habe
bat. s. terminus a quo qui cōtrarius ē ipsi motui aliquo
modo. Unde ⁊ Arist. dicit: mutatio autē omnis a natu
ra remotiua ē. Et si queratur in quo genere cause se hȝ
ipse motus qui est forma recepta ad ipsaȝ corruptiōē.
dici potest ꝙ se habet in genere cause finalis aliq̄r. Nā
ad hoc ipsuȝ agēs corrūpit̄ vnā formā vt inducat aliā.
Aliter potest dici ꝙ se habet in genere efficientis pro-
pinqui: vt caliditas recepta in aqua dū calefit destruit
frigiditatem que ibi erat. similiter autem ⁊ in aliis. Cor T.c.62.
ruptiua enīȝ sunt adinuicē cōtraria s̄ȝ Arist. in 5° hui⁹ T.c.51.
⁊ pmo ⁊ 2° de generatiōe. Si vō cōsideretur motus 2° T.c.14.
modo. s. ꝓut est instrumentū agentis intendentis aliquē
finē: sic potest esse quodāmō causa generatiōis alicui⁹
forme vel actus in mobili vel in aliquo alio: ⁊ sic ē per
accidēs causa generatiōis: cū eē istrumētū alicui⁹ agen
tis intendentis aliquā aliā formā accidat ei aliquo mō.

Ad primaȝ rationē dico: ꝙ pro tāto motus dicitur esse causa corruptiōis: q̄
mobile dū mouet̄ eo ipso ꝙ mouet̄. s. per ipsummet mo
tum remoueret̄ a dispositione quā habebat. Sed q̄uis
dum mobile mouet̄ aliq̄ forma acquirat̄ in ipso ⁊ gene
ratur. tn̄ ipse motus nō est causa illius forme: imo ē ips
met forma. Si autē per ipsum motū ꝓueniat ipsi mobi
li aliqua alia forma: sicut per motū localē dicitur i aliq̄
fieri caliditas hoc causat̄ per accn̄s nō oīno per se. Si-
militer cū aliq̄d alterat̄ recipiēdo aliquā qualitatē per
istā qualitatē ꝓprie ⁊ per se nō generat̄ aliq̄ alia forma:
sȝ si hoc cōtingat: hoc est s̄ȝ accidēs: ⁊ iō nō ē simile de
generatione ⁊ corruptiōe q̄tuȝ ad hoc. ℭ Ad aliā cūȝ
dicit̄ generatio ⁊c̄. potest dici ꝙ verū ē ꝙ generatio nō
est cā corruptiōis illius eiusdē cui⁹ est ḡnatio: sȝ ḡnatio
vni⁹ rei: vel vna res generata bn̄ est cā corruptiōis alte
rius: ⁊ iō cū motus sit generatio alicuius ꝑfectiōis. vel
aliqua ꝑfectio generata nō est causa corruptiōis illi⁹ ⁊
eiusdeȝ ꝑfectionis: sed est causa corruptionis alterius. s.
sui contrarii. Corruptiua enīȝ sunt sibiinuicē ꝯtraria: vt
vult Aristo. ponamus igit̄ ꝙ ignis calefaciat aquā ⁊ ei⁹
frigiditatē corrūpat. Quero vtruȝ sola caliditas que ē
in igne corrumpat frigiditatē aque: aut caliditas rece-
pta in ipsa aqua. Si diceret̄ ꝙ caliditas existēs in ipso
igne imediate oīno corrūpat frigiditatem que causat̄ in
aqua. hoc nō videt̄: q̄ caliditas q̄ ē in igne nō ē ꝯtraria
frigiditati que est in aqua: cōtraria enim nata sunt fieri
circa ideȝ subiectū: mō cōstat ꝙ caliditas que ē in igne
non est nata esse in aqua: nec vnq̄̄ recipit̄ in aqua. ⁊ sic
vnum cōtrariorum nunq̄̄ corrumperet reliquū. Si aūt
dicatur ꝙ caliditas recepta i aqua corrumpit frigidita
teȝ preexistenteȝ in ea. cū huiusmodi caliditas sit mot⁹
pro forma: sequitur ꝙ motus ē causa corruptiōis: de h̄
bene considera. ℭ Ad aliam cum dicit̄. illud qd̄ magis
essentiale ⁊c̄. pōt negari. nā forma substantialis rei ḡna
bilis hȝ essentialē cōparationē ad id qd̄ generat̄: cū ip
sa sit illud qd̄ prio generat̄: q̄̄ ad illud qd̄ prio corrum-
pitur: ⁊ tn̄ ipsa forma substātialis nō est causa ḡnatiōis
saltem actiua. imo ipsum generans: iō nō valet illa rō.
Ex hoc autē ꝙ motus est causa corruptionis ꝑ se: tem
pus autem est numerus ipsius motus: sequit̄ ꝙ illud qd̄

ppele est in tempore aliquo modo corrumpitur in tem
pore. Et qz eterno fm q huiusmodi non corrumpũtur'
ideo ipsa eterna fm q eterna sunt non sunt in tempore:
fm doctrinam Aristo. in littera: quare rc̃.

¶ Dignum autem consideratione quomodo
tempus se habet ad animaz. r propter quid in
omni videtur esse tempus: r in terra: r in mari:
r in celo: aut quia motus passio quedaz est: vel
habitus numerus existens. hec autẽ mouentur
omnia: in loco enim omnia sunt: tempus autez
r motus simul sunt r fm potẽtiã: r fm actum.

Textucom. CXXX. Qõ. XXVII.

T.cõ.4 Hic querit vtrũ tps sit extra aiam huma-
nã. ¶ Arguit pmo q sic: qz qd est in pre
dicamẽto est ens extra aiaz: vt videt vel
le Arist. in 6° metaphysi. sed tps ẽ ens in
pdicamẽto vt vult Arist. in pdicamẽtis
ğ rc̃. ¶ Itẽ si tps haberet esse ab aia tũc
esset de ꝯsideratõe logici: logicus. n. ꝯsiderat entia rõnis
vt cõmuniter dicit: sed hoc falsum est. qz ipsum tempus
pertinet ad phum naturalem. ergo rc̃. ¶ Itez si sic tũc
in diffinitione eius deberet poni aia. Nam sicut in diffi-
nitionibus rerum naturaliũ ponitur mã r in diffinitio
ne rerum diuinarũ ponitur deus: vt vult Cõmen. 6° me
Cõm.3. taphysice: sic in diffinitionibus entium ab anima debet
poni anima: cum causa per se ppria debeat poni in diffi
nitione causati. ¶ Item illa passio nõ est ab anima no-
stra cuius subiectũ proprium nõ est ab aia nostra: hec ẽ
manifesta: sed subiectum ppriũ tẽporis non est ab ani-
ma: sed preter animam humanam: motus enim primus
qui est subiectum temporis saltem pmo r principaliter
dicti nõ est ab anima nostra: imo sufficienter est ab intel
ligentia r ab ipso mobili primo. ergo rc̃.

Cõ.131. Oppositum arguit auctoritate Cõmẽ. vult
enim q tps nõ hz esse pfectum
r actu nisi per animaz numerantez prius r posterius in
motu. ¶ Itez discretio cõtinui manente eius ꝯtinuita-
te non est nisi ab anima: qz si esset extra animã: tũc vnuz
r idez simul esset continuũ r discretũ realiter: qd est ab
surdum: sed tempus est discretio partiũ motus que rea
liter sunt sibi adinuicem continue. ergo rc̃.

Dimissis omnibus aliis opinionib' dico fz in-
tentionẽ Cõmen. q tps est compositũ
ex qtitate cõtinua r qtitate discreta: nõ sic itelligẽdo:
q tempus sit aliqd vnum ens per se vnum compositum
ex istis duabus quantitatibus tanq ex partibus essen-
tialibus r per se: hoc enim esse impossibile manifestum
est cuilibz parum exercitato: qz ens per se vnum nõ ꝯsti
tuitur ex diuersis speciebus eiusdez predicamẽti: sed sic
q hoc nomen tempus significat duo entia: quorũ vnuz
est sicut materia: qz aliquã similitudinem r cõuenientiã
habet cum materia. r aliud est quasi forma qz habet ali
quã similitudinem r conuenientiam cũ ipsa forma. Un
siquis vtat hac distinctione q tempus potest considera
ri quantum ad suam materiã vel quantũ ad suã formã:
non est intelligendum q hec sit distinctio totius ẽentia-
lis in suas partes essential. s. sed est distictio nominis in
sua significata equoce aut fz anologiã iportata. ¶ Si
gnificatum autem tẽporis qd est sicut materia respectu
alterius est ipse fluxus continuus: cuius vna pars ẽ prior
r alia posterior: r per ꝯñs vna pars nõ est alia. sed vna
est extra aliã: r sunt apte nate numerari r distingui per
aiaz. Significatũ aũt tẽporis qd est sicut forma est ipsa
actualis discretio hmõi partiũ seu diuisio. ¶ Sicq aũt
querat ppter qd ille fluxus cõtinu' dicit sicut mã respe
ctu discretionis r diuisionis actualis: causa potest ee: qz
sicut materia quodammodo prior ẽ hac forma genera
tionis via: sic ipse fluxus cõtinuus est aliquo modo prior
ipsa discretiõe r distinctiõe actuali. Et sicut hec mã hñ
potest esse sine hac forma r nõ econuerso. sic fluxus ꝯti
nuus potest esse sine actuali discretione aut diuisiõe sua
ruz partiũ. Sed ipsa diuisio actualis r discretio nõ põt
esse nisi sit ipse fluxus continuus: cui' vna pars est extra
aliam. pp has igit r hmõi causas vnũ istorũ entiũ signi
ficatorũ hoc nomine tempus est sicut mã respectu alte
rius. r reliquũ ẽ sicut forma. ¶ Itẽ si linea q est ꝯtinua
diuidat r fiat discreta. manifestuz est tũc q partes linee
se habebũt sicut mã r subiectũ respectu ipsius discretio
nis seu diuisiõis: r iõ similiter cuz fluxus cõtinuus diui-
ditur r discernunt partes ipsius: ipse fluxus r ptes eius
se debent habere ad modum mãe: r discretio ad modũ
forme. fluxus enĩz ꝯtinu' silis ẽ quodãmõ linee. r discre
tio eius seu diuisio diuisiõi linee. ¶ Qd aũt hoc nomẽ
tempus ista duo entia significet hoc pbari nõ debz nec
potest nisi per vsum r cõsuetudinẽ illorum q exprimunt
conceptum mentis hoc nomine tẽpus. inueniunt enim
alique ppositiones que nõ possunt pprie esse vere nisi
hoc nomẽ tps accipiat vno istoruz modorũ r alie alio
modo. Et ppter inaduertentiã huius distinctionis aut
debiti modi intelligendi eam. inueniunt aliqui solennes
viri negasse Cõmen. qui tamen in aliis dictis ipsuz Cõ-
mentatorez approbant r sequunt. melius autẽ r decen
tius puto isto modo intelligere distinctionem pmissam
r fm eam ꝯcordare verba Aristo. r Cõmen. q in preiudi
ciuz Aristo. r Cõmen. vnã partẽ solũ ponere. ¶ Ulte-
rius accipio q oẽ causatũ ab aliquo agẽte p se: est i illo
agẽte p se quodãmõ i potẽtia actiua: r hoc nihil aliud
est q ipsuz agens p se habere potentiã actiuã sui effect'
sicut formam esse in mã in potentia nihil aliud est realr
q ipsam mãm habere potentiam receptiuaz forme. Et T.c.49
ppter hoc dicit Aristo. in 2° de gñatione q forme diuz
sunt in terminis idest in corporibus celestib' in quibus est
terminus toti' machine corporalis: r hoc pro tãto ve-
rũ est: qz corpa celestia sunt pmo agẽtia corporea diuz
istorũ inferiorũ. Et cõmenta. in 12° metaphy. dicit: q oẽ Cõ.18.
extrahens aliqd de potẽtia ad actuz: necesse est vt i eo
sit aliquo mõ illud qd agens extrahit. Agens autẽ verũ
fm Aristo est illud qd extrahit illud qd erat in potẽtia
ad actũ: vt dicit ibi Cõmen. in eodez 12° r ppter hoc di
cit idem Cõmen. in 12° q forme istorum inferiorũ habẽt Cõm.18
esse in potentia in motoribus corporũ celestium. Cõce-
ptus aũt intellectuales quos habet aia hũana de reb'
sensibilibus cãti sunt rebus itelligibilibus mediantibus
fantasmatibus carũdẽ: vt pz in 3° de aia. r in multis aliis
locis. Et ideo sequitur q ipsi sunt i rebus quodãmodo T.c.30.
in potẽtia actiua. Qualiter aũt r a quo alio agẽte fiãt
actu itellecte postq erant in potẽtia habet inquiri i 3°
de anima. r sicut ipsi conceptus causati sunt a rebus sic
coruz discretio r distinctio ẽ ab ipsis rebus quodãmõ.

Tunc dico ad qstionẽ tria pmo q tps qtum
ad illud qd significat hoc nomine
tps sicut materiale est actu preter aiam. 2° dico q ipsum
tempus: qd est formale significatoruz huius nominis tem
pus nõ est actu preter animaz sed ab anima. tertio dico
q istud idem significatũ est extra animam in potentia.
¶ Primũ probatur faciliter: quia fluxus cõtinuus quo
mobile fluit de vna parte perfectiõis ad aliam est actu
preter animam. hoc est manifestum: naz si nullus homo

intelligeret adhuc celū flueret de vno vbi ad aliō vbi: ꝛ illō qd calefit flueret actu de vna parte caliditatis ad aliam: sed huiusmodi est tempus illo primo modo sumptum .s. significatum temporis qd se habet vt materia ꝛ respectu alterius vt dictuz est. quare ꝛc. Et illud tēpus est numerus: idest res numerata: que est prius ꝛ posterius in motu: de isto loquit pluries Arist. in lra. Et probatur satis bene per tertiam rōnem superius inductaz. cum enim subiectum proprium ipsius fluxus .s. mobile habens in se aliquam perfectionez diminutaz: cuius pars generatur post partē non sit ab anima: sed pter animā: sequit q etiam ipse fluxus non sit ab anima nostra. ꝛ sic etiaz nō est aliqd ens actu: qd est incōueniens: qꝛ sic nō esset in pdicamēto. Aut est ens actu extra aiaz: ꝛ hoc ē qd volumus. ¶ 2° dico q tempus 2° mō dictuz .s. qd est significatum huius nominis tēpus se hns ad modū formē respectu alterius non est ens actu pter aiam: sed ab

T.c.lxi. aia. Et hoc aliqui pbant rōne Arist. in lra que talis est fm litterā nostrā. Si ipole est esse numerans: ipossibile est numerabile eē: ꝛ si ipossibile ē numerabile esse: ipole est numerās eē: qꝛ nūerus vel ē quo nūeram⁹ vl ē numerabile. ergo a pmo ad vltimū: si ipole est numerās esse, impossibile est numerū esse: sed si ipossibile est numeruz esse: ipossibile est esse tempus: qꝛ tempus ē numerus vt dictuz est pus. ergo si ipossibile ē numerās eē ipossibile est tps esse: sed nihil est numerus nisi anima vel anime intellectus. ergo si ipossibile est animā vel intellectū eē impossibile est tēpus esse: ꝛ si hoc esse tempus depēdet ab anima. Sed sine dubio hec ratio nō videt eē demōstratiua. bene .n. sequit. q si ipossibile est numerans esse impossibile est numerabile esse: sed nō sequit si numerās nō est numerabile nō est: sicut bene sequit. Si ipossibile est esse videntez impossibile est esse visibile. nō tn̄ sequit si non est videns nō est visibile: nullo enīz actu vidente adhuc color esset visibilis: ꝛ sic cū ipsuz tēpus sit numerus idest res numerabilis. nō sequit si aia nō est: tps nō est. ¶ Item constat q si impossibile est videntem esse impossibile est visibile esse: ꝛ tn̄ non oportet q visibile sit ab ipso vidēte: similiter ꝛ in pposito. Si impossibile est aiaz eē ipossibile est tēpus eē: sed nō valet: ergo tps est ab aia. Unde diceret q aristo. nō vtitur illa ratione nisi vt pbabili ꝛ disputatiua: nō vt demōstratiua. Sz ra-

Com.lxi tio Cōmen. que etiā est ratio Aristo. fz litterā Cōmen. est efficacior ꝛ est talis. Cōmen. 54. Cum numerās nō fuerit nūerare nō erit. ꝛ exponit .d. cū res nūerās que ē anima nō fuerit: tunc numerare qd est actio numerantis non erit: ꝛ cū actio nūerantis nō erit manifestū ē q numer⁹ nō erit. Nā numer⁹ aut est nūeratū: aut ē actio numerātis in nūerato: vt dic .i. respectu nūerati vt obiecti. Et accipit vlterius q manifestū est q nūerus nō est numeratū: ex quo cōtingit q est actio numerātis in numerato: ꝛ loquit de numero qui ē discretio actualis ei⁹ qd realiter est cōtinuuz. ¶ Ista enim discretio actualis eius qd realiter est ptinuū nō est nisi actio vel p actionē alicuius numerantis. Sed certū est q si numerans non sit: actio ei⁹ nō erit. ergo si numerans nō sit nūerus non erit: sed numerans illud supple qd est realiter ptinuum non est nisi aia vel aie intellectus: igitur si aia vel intellectus nō est nūerus nō erit: ꝛ cū nūerus nō fuerit nō erit tempus: qd pz: qꝛ ipsum tempus quo ad formale significatum est discretio ꝛ diuisio actualis prioris ꝛ posterioris in motu: ergo si anima non sit non erit tps: ꝛ hec est ratio quā intēdit Cōmen. ꝛ eam attribuit Aristo. Posset tn̄ breuiter formari ratio sic. nūerus entis qd realiter extra aiaz est ptinuū: ille dico nūerus non est actu extra aiam: sic enim idem eēt simul ptinuuz ꝛ actu discretum: qd ē manifestum impossibile: sed tēpus qtuz ad formale ē numerus alicuius entis: qd realiter est extra animā actu ptinuū .s. fluxus ptinui. hoc enim intelligimus p tēpus fm vnam significationem ipsius. ergo ꝛc. Et sic patet secūda pclusio. ¶ Tertiū ostēditur .s. q tps hoc mō dictū quodāmō ē in re extra aiaz in potentia: qꝛ effect⁹ cuiuslibet per se agentis est quodāmodo in potentia in illo agente vt supponebat: sed ipsuz tempus sic sumptū est effectus alicuius rei extra aiaz existentis .s. ipsius prioris ꝛ posterioris in fluxu. ē enim tempus aut ipsa comprehensio ipsius prioris ꝛ cōprehensio posterioris: qbus comprehensionibus prius ꝛ posterius cognoscunt seorsuz ꝛ diuisim: aut aliquid consequens huiusmodi cōprehensiones distinctas. nec est miruz q aliquid sit realiter continuum extra aiaz: ꝛ tamen aia itelligat eius partes seorsum ꝛ diuisim itellectionibus distinctis ꝛ diuisis: nō continuis adinuicez. hoc .n. plane Aristo. intendit in 3°

de anima capitulo idiuisibilium quidem igit intelligentia ꝛc. Et quilibet experit in seipso nō obstante q linea sit in se realiter vna ꝛ continua, tamē ipse potest intelligere seorsum ꝛ diuisim partes eius. ꝛ ideo dixit Aristo. ibidem. Seorsum autem vtrūq intelligens dimidiorum diuidit ꝛ tēpus simul tūc. Ista igitur distinctio ꝛ diuisio actualis comprehensionuz: qbus anima comprehendit prius ꝛ posterius fluxus seorsum ꝛ diuisim dicit tēpus. Et hoc est formale significatuz huius nominis tempus vt dicebat prius: igitur manifestum ē q huiusmodi tempus ē extra animam in potentia: eo q ipsa comprehensio intellectualis sic diuisa ꝛ discreta est effectus quodāmodo ipsius rei sic cōcepte: vt pz ex dictis. ¶ Quomodo autem diuersimode res mediante fundamento suo agit intellectionem suam ꝛ intellectus agens: videnduz est in 3° de aia: sz nō hic. Potest etiā pbari rōne quā innuit Cōmen. qꝛ nisi tempus haberet esse extra animā in potētia esset quid fictū. vt chimera aut hircoceruus: qd est incōueniens. Et ppter hoc dicit Cōmen. q esse temporis extra aiam siue extra mentē est in potentia ppter subm .i. obiectum pprium .s. ppter motū: sed esse eius in animo est esse ei⁹ actu .s. qn̄ aia egerit illā actionē in subiecto ppar ato ad recipienduz eam .s. actionē que ē numerus: ꝛ i fine pmenti: cū dicit: q si aia nō fuerit nō erit tps in actu. prius enim ꝛ posterius numerata in potētia sunt tempus in potentia. ipsa vō numerata in actu sunt tempus in actu. Et qꝛ supple nō sunt actu numerata nisi per animam: ideo ꝛc. Qd autez ista sit intentio Commen. patet in multis eius verbis i isto capitulo pmo. in 2° cōmen. huius capli. dicit esse tpis ꝛ mot⁹ nō ē cōplectum actu extra aiam: sed esse eorz cōplet ex actiōe aie: ꝛ eo q est extra aiam ex eis. Et de tēpore quidez satis pz ex pdictis qualiter ē intelligendū: de motu vō multi dubitant. qꝛ qualitercunq sumatur motus siue p pfectione fluente siue pro ipso continuo fluxu videtur esse ens actu extra aiaz. ¶ Et breuiter dico ad psens q motus quantuz ad simultatē partiū non est actu extra animaz: sed solū in anima actu. Et sic est itelligēdū de motu q sit per animaz: quis enim partes ipsius motus sibi inuicem succedant in re extra aiaz: tamē aia potest itelligere ipsuz totū simul ꝛ idiuisibiliter. ¶ Itez in 2° Cōmento dicit q Aristo. voluit significare q tempus non habet esse extra animā intelligendo vt dictū est. ¶ Itē in 15° Cōmē. dicit q tempus est numerare numerū motus: numerare autem motum actio est anime. ¶ Item in principio 22 cōmenti dicit: q tēpus est numerus motus fm q mens accipit ipsuz. vt habens partes priores

Margin notes (right column): T.c.xi. (beside "continuis adinuicez … in 3°"); Com.lxi (beside "Potest etiā pbari"); Cō.88. (beside "in 2° cōmen."); Cō.88. (beside "Itez in 2° Cōmento"); Cō.102. (beside "Itē in 15° Cōmē."); Cō.108. (beside "in principio 22 cōmenti").

ꝛ posterioꝛes. Ipsa itaq; discretio acceptionū prioris ꝛ
Cō.109. posterioris est ipsius formale tempus. ¶ P. in Cōmen.
23° dicit q̄ nihil de tempoꝛe est extra animā nisi motus:
ꝛ subdit q̄ tp̄s nō fit nisi qñ mens diuidit motū in p̄us ꝛ
posterius. Si ergo omnia hec verba Cōmētatoꝛis pos
sunt rōnabiliter verificari per distinctionē supra positā
modus itelligendi eam multo honestius ē sic ponere q̄
irreuerēter tot verba tāti p̄hi negare. Scio.n. ꝛ certus
sum q̄ nullus expositoꝝ Aristo. adeo ꝓfunde ꝛ subtilr̄
habuit mentē Ar. vt iste. ¶ Dubitationes aūt occur
runt cōtra hanc positionē. Primo. q: s̄z istā positionē
videt̄ q̄ tēpus mēsuret motū s̄m q̄ est ens in aīa ꝛ non
s̄m entitatem suam extra aīam: qd̄ est ridiculū: qd̄ sic se-
qui videt̄. Nam tp̄s mensurat ipsum motū s̄m q̄ est qd̄
reale distinctum ab ipso motu ꝛ quidditatiue: ꝛ non s̄z
q̄ est idem cum ipso motu vt dicunt. Si igitur tempus
extra aīam non ē nisi motus ipse vt vult Cōmē. ꝛ solū
est distinctum s̄m esse quidditatiue ab ipso motu s̄z eē
in anima vt videt̄ velle. videt̄ q̄ tp̄s prout est ens extra
aīam non mensurat ipsum motum: ꝛ sic aūt oīno nō mē
surat motū aut mēsurat ipsum s̄z esse qd̄ habet in aīa.
quoꝝ vtrunq; est absurdum. q̄re ꝛc̄. ¶ Item s̄m istam
positionē sequit̄ q̄ tempus s̄m suū esse reale nō est pas
sio motus nec in motu vt in subiecto: nihil enī ē passio
suipsius: nec in seipso vt in subiecto. tēpus aūt secūdum
illud q̄ ipsum est realiter nō est nisi motus vt dictū est.
quare ꝛc̄. ¶ Itē s̄m istam positionem sequit̄ q̄ multa
tp̄a equalia: quoꝝ vnū non est pars alterius sint simul:
cōtingit enī q̄ diuersi hoīes simul numerent p̄us ꝛ po-
sterius ipsius motus: ꝛ eoꝝ numeratiōes possunt esse
equales ꝛ simul entes: ꝛ vna nō est pars alteri°. vt mani-
festū est: ꝛ sic plura tēpoꝛa simul erūt: quoꝝ vnū nō est
T.c.90. pars alterius. qd̄ videt̄ esse cōtra Aristo. in lr̄a. ¶ Itē
mirant̄ multi de hoc qd̄ Cōmen. dicit q̄ tp̄s est ens in
actu: per hoc q̄ aīa agit hanc actionē. s. numerū in sub-
iecto preparato. Actio enim imanens in aīa nō ptingit
ad motū primū: nec ad eius partes: cū ergo actio anime
sit imanēs in ipsa anima vt manifestū est in ꝓposito: idō
non recipitur in ipso motu nec in eius partibus s̄m esse
realis existentie. ¶ Item contra hoc qd̄ dicit cōmē. 21°
cōmento. q̄ tempus non fit nisi qñ mens diuidit motū
in prius ꝛ posterius. Pono q̄ nullus diuidat actualiter
primū motū in prius ꝛ posterius nisi vnus homo tātū.
Et pono vlterius q̄ oēs hoīes currant. quero si ille ces
set diuidere motū: vtrum cursus ipsoꝝ hominū adhuc
mēsuretur tempoꝛe aut nō: si sic: hoc est incōueniens: q:
postq̄ iste cessat diuidere motū: ꝛ nullus alius ipsū di
uidit: ergo nō est motus in actu: ꝛ sic nō mēsurat motus
illos. Sic dicatur q̄ tūc tp̄s non mensurat actu cursus.
ꝛ tñ prius mēsurabat. s. cū ille in mēte sua diuidebat mo
tum: hoc est oīno absurdū: q: per defectū illius diuisio
nis nihil innouat̄ aut abijcit̄ circa motū primū: ꝛ circa
cursus. ergo ꝛc̄. ¶ Et si quis diceret q̄ ipsi cursus non
mēsurarent̄ tp̄e in actu: s̄z tp̄e in potētia: cōtra hoc est:
q: cū tp̄s ipsū in potētia nō sit nisi motus: sequit̄ q̄ mo
tus mensurabit seipsum: qd̄ est incōueniēs. ¶ Item s̄m
istā positionem sequit̄ q̄ quilibet potest facere diem esse
tp̄s in actu vel nō in actu vel oīa alia: que oīa sunt incō
uenientia. Propter hoc igit̄ ꝛ similia que ad hoc addu
cunt̄. Dixerūt aliqui se nō itelligere Cōmen. ꝛ posuerūt
q̄ tp̄s q̄tū ad nullū eē sibi debitum dependet ab aīa nr̄a.
S̄z sine dubio oīa ista facilr̄ soluunt̄ visis ꝛ itellectis p̄-
dictis. salua tñ reuerētia illi° vel illoꝝ q̄ i istis sūt ligati.
¶ Ad p̄m du^m breuiter dō q̄ tp̄s bn̄ mēsurabat motū
s̄z q̄ ip̄z tp̄s ē ens extra aīā: ꝛ cū dr̄ q̄ tp̄s nō mēsurat

motū: nisi s̄m q̄ differt q̄dditatiue a motu. h̄ nego: īmo
ip̄z tp̄s qd̄ mēsurat ipsū motū ꝓprie est idē eēntialr̄ cū
motu vt p̄us dictū fuit. Et Arist. testatur in lr̄a dicēdo T.c.133.
extra. n. metrū nihil aliō eē videtur qd̄ mensurat: s̄z aūt
multa metra totū. quasi dicat. totū mensuratū nihil ali-
ud est q̄ multa metra. i. q̄ multe mēsure. Et hoc aperte
dicit Cōmen. ibidem mensura in quolibet non est extra
genus mensurati: sed totum mensuratū est plures men-
sure. Verbi gratia. Ipsum vnū nō est aliō a numero: sed
nūerus est plures vnitates. Et cū dicitur. ergo idē men
surat seipsum. hoc est solutū p̄us plures ꝛ ibi recurras.
Nihil enim incōueniens est q̄ motus secundum vnā sui
partem notam mensuret aliquā notam q̄titatem mo-
tus ignotam notificando numerū partiū eius. Et hoc
videt̄ velle Aristo. in littera in principio illius capituli.
¶ Qm̄ aūt tempus metrū motus: dicit enim sic. men T.c.118.
surat enim motum. supple ipsū tempus in determinā-
do quendā motū: idest in essendo determinate quēdā
motū notū quo mensurabit totū sicut longitudinem
cubitus in determinando aliquā magnitudinem: que re
metitur totum. hoc igit̄ modo tēpus mensurat motū:
q: accipit̄ aliqua pars determinata motus que est essen
tialiter tempus: licet differt s̄m rōnē vt dies aut hora:
ꝛ illa pars aliquotiens sumpta reddit qualitatē illius
totius motus: ꝛ sic multa metra totū s̄m Arist. ¶ Ad
aliud dubium dico q̄ tempus quantum ad suā entitatē
extra animam nō est passio motus nisi sumatur motus
pro ipsa perfectione diminuta vel pro receptiōe ei° que
est passio. His aūtē modis sumpto motu tēpus bene est
passio motus. s. q̄titas successiua ꝛ fluxus eoꝝ. Sed si
capiatur motus pro fluxu ꝯtinuo sic sine dubio tēpus
nō est ei° passio sed ē idē essentialr̄ cū eo differens solū
s̄m rationem. modo p̄us dicto. Iste enim fluxus dicitur
motus vt est q̄dā actus mobilis a motoꝛe ꝛ dicitur tē-
pus in quantū habet partes: quarū vna est prioꝛ ꝛ alia
posterioꝛ ꝛ sunt numerabiles adinuicē. Unde tēpus s̄z
diffinitionē in qua non est dubitatio: vt dicit Cōmē. est
nūeratū p̄oris ꝛ posterioris existētiū i motu: hmōi aūt
numeratū nō est aliud nisi pars p̄oꝛ ꝛ pars posterioꝛ ip
sius fluxus: vt sunt apte nate numerari ꝛ distincte accipi.
¶ Ad aliud dico breuiter ad p̄sens q̄ si loquamur de tē
poꝛe pro suo formali significato huius nominis tēpus
exponendo mō p̄dicto. s. pro numeratiōe ꝛ distinctiōe
prioris ꝛ posterioris: sic nihil ē incōueniēs multa ꝛ plu
rima tempoꝛa esse simul: quoꝝ vnū nō est pars alteri°.
Si v̄o recipiat̄ tēpus pro materiali significato. s. ꝑ ipso
fluxu sic videbitur posi: vtꝝ possint: ꝛ quomodo plura
alia tp̄a simul eē s̄m Aristo. ꝛ cōmētatoꝛē. ¶ Ad aliō
dico breuiter q̄ si multi hoīes currunt cursus eoꝝ ꝓp̄e
mensurantur tp̄e qd̄ est pars vel q̄titas continua succes
siua. s. flux° ꝯtinu°. Et cū dicit̄. hoc mō tp̄s ē idē qd̄ mo
tus: ꝛ sic eādē mot° mēsurabit motū: dōz q̄ hoc nullū ē
incōueniēs: dūmō itelligat̄ vt oz itelligi: ꝛ hoc explana
tū ē p̄us sufficiēter. Et ē aduertēdū q̄ illi q̄ iducūt istas
obiectiōes ꝯ Cōmē. bn̄ ꝓcedūt q̄ tp̄s nō mēsurat motū
nisi s̄z q̄titatē ipsi° mot°. Et cū istat eis: q̄ cū tp̄s sit q̄ti
tas mot° vt ipi et ꝓcedūt: seq̄t̄ q̄ tp̄s mēsuret tp̄s. dicūt
q̄ h̄ nullū ē icōueniēs: diuersimode tñ sumit̄ tp̄s vt mē
surat ꝛ vt mēsurat̄. Et silr̄ dico q̄ mot° q̄ ē flux° ꝯtinu°
mēsurat motū alr̄ ꝛ alr̄ sūpto motu mō p̄dicto. ¶ Ad
aliā cū dr̄ q̄ mirabile ē qd̄ dīc Cōmē. aīaz agere tp̄s in
subto p̄pato ꝛc̄. dico q̄ hic ē deceptio ex equocationis
hui° nōīs subz. Nā subz qñq; sumit̄ ꝓ mā cui aliqd̄ iest
vel iheret qñq; pro obiecto qd̄ terminat aliquā opatio
nē vel actū alicuius potentie cognoscitiue. Et q̄ primo

modo sumat notū est oibus: ⁊ q̄ sumat 2° modo notū
t.c.l.44 est ex littera Aristo. in 2° de aia. caplo de sensu cōi: in pn̄
cipio: vbi dicit sic. Unusquisq̄ quidē igit sensus subiecti
sensibilis est ⁊ discernit subiecti sensibilis drias: manife-
stum aūt q̄ ibi accipit subiectū ꝓ obiecto. Sic pōt dci
in ꝓposito: q̄ Cōmētator itelligit sic: aia agit istā actio-
nē in subto .i. respectu obiecti preparati ad recipiēdū eā
.i. ad terminādū istā actōez: ⁊ hoc est verissimū. aia. n. nō
exercet istā opatiōez .s. itelligere aliqd discrete ⁊ diuisim
nisi respcū obiecti ꝑparati .i. apti nati sic itelligi .s. q̄ hȝ
partes diuersas: quaꝝ vna est extra aliā. nō igit est intel
lect° Cōmētatoris q̄ aia agit istā actionē .i. numeratio
nem ꝑoris ⁊ posterioris in subiecto ꝑparato: ita q̄ ipsa
actio recipiat in ipso motu ⁊ ipm motū informet. Quis
.n. hoc posset credere fuisse sententiā tanti phi: ⁊ qui ita
ꝓfunde nouit subāz ⁊ operationē intellectus speculati
ui: verecūdū est asserere hoc fuisse itentionē eius: sȝ mō
Com.8. predicto: ⁊ isto mō loquēdi vtit Cōmētator in ꝓhemio
de aia. vbi dicit q̄ intellect° facit vniuersalitatē in reb°
.i. respcū reꝝ: ita q̄ ipse res intellecte termināt actū itel
lectus vniuersaliter intelligētis: nō aūt sic q̄ ipsa vniuer
salitas recipiat in reb° subiectiue: ⁊ iexistat eisdē. ❡ Ite
si q̄s faceret vim in verbo: q̄z dicit in subiecto apto nato
ad recipiēdū illā actionē. In hoc. n. videt excludere istā
expositionē q̄ accipiat subm̄ ꝓ obiecto: eo q̄ obiectum
nō est natū recipere actionē intellectus speculatiui: ⁊ sic
capit subiectū ꝓ mā in qua: Dici pōt sicut diximus: q̄ sic
ē itelligēdū: preparato ad recipiēdū eā .i. apto nato ad
terminādū istā actionē. Uel aliter possumus exponere
verba Cōmētatoris q̄ aia agit istā actionē in subiecto
preparato ⁊c̄. i. itellectu possibili iformato spē itelligibi
li ipsius ꝑoris ⁊ posterioris: ⁊ hoc est veꝝ. Nā sicut itel
lectio lapidis nō fit in itellectu nisi sit dispositus spē itel
ligibili ipsi° lapidis. vt ꝓcedit quasi oēs. Intellectus aūt
dispositꝰ ⁊ iformatꝰ spē itelligibili lapidis fit eī° itelle-
ctio. vt hȝ videri in 3° de aia. sic hec actio .s. cōprehēsio
ꝑoris ⁊ posterioris diuisiz ⁊ seorsuz fit in itellectu possi
bili dispositio spēb° intelligibilib° istoꝝ cognoscibiliū: ⁊
hoc nō ē incōueniēs: vt puto. ❡ Ad aliā dubitationez
cū dicit q̄ quilibet possȝ facere diē ⁊c̄. Dico q̄ quilibet
hō exercitat° in phia pōt itelligere diē distinguēdo ꝑus
⁊ posteri° ipsi°: ⁊ hoc est facere numeratione ꝑoris ⁊ po
sterioris in motu existētiū que si intelligant per tpe: nul
lum incōueniēs est: q̄ quilibet itelligēs pōt facere diē eē
tpe in actu .i. quid numeratū in actu: sȝ non faciat diem
eē fluxū in actu: imo sine operatione nr̄i intellectus eēt
fluxus actu: sȝ non ē numeratus extra aiam nisi in potē
tia modo ꝑus dicto: ⁊ sic manifestū est q̄ fm̄ itentionez
Cōmētatoris tēpus aliquo modo ē extra aiaȝ in actu:
⁊ aliquo modo nō ē extra animā: nisi in potētia actiua
⁊ in aia ē actu formalr aliquo mō. hō igit intelligens fa
cit diē esse tēpus in actu: nō q̄ nullo mō esset tpus actu
sine itelligere humano: imo actualiter eēt tpe qd̄ ē flu-
xus continuus: sed nō esset tempus actu .i. numeratum
⁊ discretum ⁊ discontinuatum actu nisi fm̄ animam: ⁊
sic facit dicere esse tempus actu .i. discretum actu .s. discre
te discontinuatis intellectionibus intellectus.

Ad primam rōnez pȝ ex predictis: bn̄. n. ꝯtin gít q̄ tpe ꝓ aliquo suo significa to ē ens preter aiam fm̄ opinionem cōem: sed alio mo do pōt esse ab aia. Sed obijceret aliquis: q̄ vnūquodq̄ magis ē ponēdum in pdicamēto ꝑ suum formale q̄ per suū mālē: cū forma sit nobilior ⁊ magis ens q̄ mate ria. Si igit tēpus q̄tū ad formale est q̄ditas discreta: ⁊ q̄ntū ad suum materiale ē q̄titas cōtinua magis dȝ

ponere in genere quantitatis discrete q̄ ꝯtinue. Ad hoc
pōt dici q̄ si aliquid vnū ens compositū ē per se ex mate
ria ⁊ forma magis ē in genere per suam formam q̄ per
suam materiā: sic aūt nō est in proposito: sed solū est ibi
materia fm̄ similitudinem quandam: ⁊ silr forma ⁊ nō
est quid compositū ex eis ꝑ se vnuz. Itez pōt dici q̄ vnū
quodq̄ magis debet reponi in predicamento ꝑ suuz for
male ⁊c̄. si ambo sint entia realia extra animam actu: sȝ
non est sic hic. Utꝝ aūt entia que sūt in itellectu nostro
sint in predicamento bona inquisitio est: sed non hic.
❡ Ad aliā dico q̄ si diffiniat ibi tpꝰ ꝓ formali significa
to h° nois tpe bn̄ dȝ ibi accipi aia vt dicat q̄ tpe ē nūe
ratio vl nūerus ꝑoris ⁊ posterioris existentium i motu
facto ab anima cognoscēte ita seorsuz ⁊ diuisiz: nec itel
ligo q̄ anima hūana ꝯprehendēs ꝑus ⁊ posteri° diuisiz
⁊ seorsuz faciat q̄ ipm ꝑus ⁊ postert° sint realiter extra
aiam diuisa ⁊ discōtinuata: quēadmodū diuidēs lignū
facit ipsum esse discōtinuatū ⁊ discretū: sed facit ipȝ esse
discōtinuatū ⁊ discretū fm̄ ꝯsiderationē: ita .s. q̄ ꝯsidera
tio ꝑoris nō est ꝯtinua oīno cū ꝯsideratiōe posterioris:
sȝ diuisa ⁊ discreta ⁊ sic aia facit tpe fm̄ Cōmēta. Et ꝑ
hoc pñt remoueri multe dubitationes siue obiectiones
ex falsis imaginationib° ꝓcedētes. ❡ Ad aliā pȝ ex di-
ctis. Cōtingit. n. tpꝰ vno mō esse ab aia: sed alio mō nō.

Ad rationem in oppositū pȝ per ꝑdicta: cō tingit. n. q̄ ipm tpe quātū ad aliqd̄ suū significatū est ab anima: ⁊ hoc est verū: tēpus .n. qd̄ ē discretio ⁊ numeratio ꝑoris ⁊ posterioris existē tium in motu est actu ab aia: ⁊ est extra aiam in potētia inquantū ipm ꝑus ⁊ posterius habēt potētiā motiuaȝ intellectus ad sui intellectionē discreta quō. Sed que- rūt aliq̄ vtrū illa potentia sit potētia essentialis vel acci dentalis. Et breuiter pōt dici q̄ neutra illaꝝ est. Illa. n. distinctio ē itelligēda de potētia receptiua sicut est po- tētia mobilis ad motū vel subti ad formā. Sȝ illa potē tia de qua loq̄mur nō est potētia passiua: sed magis acti ua eo mō quo obiectū hȝ potentiaȝ actiuaȝ in itellectu. Uel est dōȝ q̄ est potētia ēētialis ⁊ indiget ad hoc q̄
fit in actu aliquo alio motore .s. itellectu: qui de potētia
intellectu facit actu itellectū. vt habet ex 3° de anima. T.c.18.

❡ Questio. XXVIII

Consequenter querit. Utꝝ tempus sit vnū nūero apud omnia tpalia. ❡ Arguit p̄i mo q̄ nō: q̄z vnū accidēs numero nō est i diuersis subiectis numero. hec est manife sta. Sȝ tpe est accidēs tpalibus: non eniz dicunt temporalia nisi a tēpore eis accīte. vt videt ma- nifestū. ergo ⁊c̄. ❡ Item multiplicato vno relatiuoꝝ multiplicat ⁊ reliquū. in predicamētis: sed mēsura ⁊ mē suratū sunt relatiua: ⁊ tempus est mensura. ❡ Item si- cut se hȝ locus ad locata: sic tempus ad temporalia. per ꝯuenientem similitudinē: sȝ non est vnus locus numero
oium locatorum. vt manifestuȝ est ex hoc 4° quare ⁊c̄.
❡ Oppositū vr̄ velle Aris. in lr̄a: ⁊ cōiter dr̄ q̄ vnum est T.c.130
tpꝰ nūero i celo ⁊ in terra ⁊ i mari: ⁊ vir in oib° tpalib°.

Ad questionem dicunt aliqui simpliciter: ⁊ idistincte q̄ ipm tpꝰ est vnū numero in oibus tpalibus: q̄z ꝑmus motus qui est subiectū ꝓpriū tpis non est nisi vnū numero. vt dotum
est. Sȝ istud salua pace sic dicentiū est ꝯ Arist. ⁊ Cōmē- T.c.130
tatorē plane in littera. Querit. n. Aristo. propter qd̄ in
omni videt esse tpe ⁊ in terra ⁊ i mari ⁊ in celo: ⁊ sic re
spōdet: aut q̄z mot° est passio quedā vel habitus nūeruȝ
existēs: hec aūt oia mobilia. Ex hoc ergo q̄ oia ista sūt
mobilia: vult habere q̄ in omnibus istis est tempus: q̄z

tempus est numerus motus: hoc autem non sequitur nisi
tempus esset in quolibet istorum motuum vel esset motus
cuiuslibet istorum. Unde secundum Aristo. tempus est in quolibet
istorum motuum: et cum motus non sit unus numero simplici-
ter et omnino: nec ipsum tempus potest esse simpliciter unum nume
ro: et hec etiam est aperte intentio Commentatoris super istam
Cō.130. particulam: dicit enim Commentator sic incepit soluere secun
dam questionem et dixit. Dicamus igitur quod tempus existit in
terra et in mari et in celo: quia est accidens motui et forma ei⁹.
cum sit numerus illius: quoniam numerus est accidens nume-
rati: et cum tempus sit numerus rerum mobilium: et numer⁹
invenitur in numerato: et omnia ista celum et terra et ma
re habent naturaliter moveri: necesse est ut tempus inve
niatur in eis. Sed quia auctoritates possunt diversimode
glosari et exponi: ideo dico aliter ad questionem.
¶ Ad cuius evidentiam premitto aliqua quasi concessa et
per se manifesta. ¶ Primo quod nihil mensuratur aliqua quanti
tate successiva nisi ipsum sit quantum et successivum vel quanti
tas successiva: sicut nihil mensuratur magnitudine nisi ipsum
sit magnum. ¶ Secundo suppono quod unusquisque istorum
motuum inferiorum proprie dictorum mensuratur tempore: et hoc omnes
concedunt. ¶ Tertio accipio quod nihil est quantum successi-
vum nisi per quantitatem successivam et inexistentem: sicut nihil
est album nisi per albedinem sibi inherentem: non enim aliquid
dicitur quantum ex eo quod efficiat quantitatem; quemadmodum
dicitur visum: quia agit visionem ut dicitur. unde solum relinquitur
aliquid dici quantum ex eo quod habet in se quantitatem.
¶ Quarto accipio quod nulla est quantitas continua successi
va nisi tempus. ut habetur ex predicamentis. ¶ Ex his arguo
sic: omne quod mensuratur tempore est quantitas successiva vel
quantum succedens: hoc patet per primam suppositionem: sed omnis
motus proprie dictus istorum inferiorum mensuratur tempore. ut
dicit 2ᵃ suppositio. ergo omnis motus proprie dictus vel est
quantitas successiva vel quantum succedens vel habens in
se quantitatem successivam: sed quantitas successiva continua
est tempus. ut dicit 4ᵃ suppositio. ergo omnis motus proprie di-
ctus vel est tempus vel quantum succedens. Si autem sit tem-
pus: tunc cum plures et diversi sunt motus numero: plu-
ra utique et numero diversa tempora erunt. Si vero dicatur quod
omnis motus istorum inferiorum est quantum successivum: et nihil
est quantum successivum nisi per quantitatem successivam sibi inexi
stentem sive inherentem: sequitur quod omnis motus proprie dictus
habet in se quantitatem successivam sibi inherentem: omnis autem talis
quantitas est tempus ut suppositum est. ergo omnis motus pro-
prie dictus habet in se tempus: et sic idem quod prius. ¶ Item ni
hil est equale quantitati successive nisi sit quantitas succes-
siva aut habens quantitatem successivam sibi inherentem: hec est
manifesta: ut puto. proprium enim est quantitati secundum eam equale
et inequale dici: ut dicitur in predicamentis: sed omnis motus pro
prie dictus istorum inferiorum est equalis alicui tempori quod
est quantitas successiva. ut etiam manifestum est et concessum.
ergo omnis talis motus aut est quantitas successiva: aut ha
bet in se quantitatem successivam sibi inexistentem: et sic idem
quod prius. ¶ Item omne mobile dum movetur continue fluit
ab uno in aliud. nihil enim fluit continue nisi per fluxum si
bi inherentem: sicut nihil est album nisi per albedinem. ergo
omne mobile dum movetur habet fluxum continuum sibi
inherentem: modo iste fluxus continuus est quantitas suc-
cessiva. ut videtur manifestum: nihil enim est per se et proprie
continuum nisi quantitas vel quantum. ergo iste fluxus con-
tinuus vel est quantitas vel est quantum: et si quantitas ha
betur propositum. Et si detur quod sit quid quantum continuum
continuitate successiva: necesse est quod habeat in se quanti-
tatem successivam: nihil enim est quantum successivum ni-
si per quantitatem successivam sibi inexistentem: et sic idem quod

prius. Et puto quod ad hanc intentionem dicit Commentator
in isto 4° quodlibet prius et posterius in motu sint idem sub
iecto cum ipso motu: tamen differunt secundum quidditatem. Et Cō.99.
subdit ad propositum: motus enim est in quantitate. verum
est pro ipso fluxu forme vel ubi. Et propter hec omnia dico
eo quod tempus non est universaliter et omnino unum nume
ro in omnibus temporalibus: sed aliud et aliud numero
in diversis que actu moventur. Sed est intelligendum
secundum Commentatorem in isto capitulo: quod tempus non eodem
ordine invenitur in istis motis. scilicet in primo mobili: et in aliis Cō.112.
motis: quoniam primo invenitur in celo: et invenitur in aliis
motis secundo: propter hoc quod invenitur in celo et inveni
tur in quiescente propter hoc quod invenitur in moto. Et parum
post addit: et quod est ex istis rebus motum in potentia et est
quiescens tempus invenitur in eo in potentia et quando ali-
quid est motum in actu tempus invenitur in eo actu. Di-
cerem ergo quod tempus primo et principaliter dictum est unum
et idem numero respectu omnium temporalium: sicut mo
tus primus. scilicet primi mobilis est unus et idem respectu omnium
mobilium: et de isto tempore intelligitur quod non possunt esse
plura tempora equalia simul: quorum unum non est pars al
terius: ut duo dies et duo menses et huiusmodi: sed tempus
secundario dictum non est unum et idem numero apud
omnia: immo multiplicatur secundum numerum eorum que actu mo
ventur: et talia bene possunt esse simul plura et equalia: quo
rum unum non est pars alterius. hoc tamen etiam verum est
quod in quolibet istorum temporum sunt partes que sibi invi
cem succedunt et non possunt esse simul: sed tamen compa
rato uno motu ad alium motum numero simul est tempus
existens in uno cum tempore existente in alio. ut tempus quod
est in motu socratis simul est cum tempore quod est in motu
platonis: similiter autem et in aliis huiusmodi. Et confirma
tur positio. Constat enim quod tempus existens in primo motu
mensurat omnes motus istorum inferiorum mobilium saltem
ut mensura extrinseca: et sic voluit exponere quod tempus est
in omnibus ut mensura extrinseca in mensurato: modo
numquam aliqua quantitas extrinseca esset mensura alicui⁹
mensurabilis nisi in illo mensurabili acciperetur aliqua
quantitas equalis illi mensure extrinsece: ut ulna numquam
mensuraret pannum nisi in ipso panno esset aliqua quanti
tas equalis ulne cui applicaretur ulna et assisteret. Simi-
liter tempus existens in primo motu ut hora vel dies numquam
mensuraret aliquem istorum inferiorum motuum: nisi in isto
motu inveniretur aliqua quantitas equalis illi tempori
cui applicaretur vel assisteret tempus: et illa quantitas non
est nisi tempus. ut manifestum est inducendo in omnibus.
Non enim isti motus inferiores mensurantur tempore ra
tione quantitatis permanentis: sed ratione quantitatis succes
sive continue: et hoc est tempus. ¶ Item constat quod isti motus
inferiores non mensurantur tempore nisi secundum quod quanti: et nihil
est quantum nisi secundum quantitatem sibi inexistentem: et tunc quera
tur de illa quantitate et invenietur quod non est aliqua alia
quantitas a tempore: nec linea: nec superficies: nec loc⁹:
nec numerus: nec oratio. quare relinquitur quod sit tempus.
Tempus igitur primo et principaliter dictum est unum nu
mero omnium temporalium: et istud est quod consequitur
unum motum. scilicet primum motum tamquam subiectum quod in sua dif-
finitione ponitur. Alios autem motus consequitur vel re
spicit tamquam mensura extrinseca. et ideo non semper opor
tet quod ipsum multiplicetur secundum multiplicationem illorum.
Sed tempus secundario et per posterius dictum bene est
in quolibet motu tamquam in subiecto et multiplicatur nume-
raliter secundum multiplicationem mobilium dum moventur.
Quod autem tempus debeat dici secundum prius et posterius
supposito quod consequatur quemlibet motum: huius plane

testatur Cōmentator in ꝯmento penultimo.his verbis.
Et aliquis potest querere:qm̄ nos videm⁹ ꝙ ꝑma men
sura in rebus mensuratis est duob⁹modis.Aut mēsura
que dr̄ vniuoce cū mēsuratis in illo genere.Aut ꝑncipa
liter ꝛ scd̄ario.Modus igr̄ tpis cum ꝑmo tpe mensurā
te oia alicuius est illoꝝ duoꝝ modoꝝ.Dicamus igitur
ꝙ si tps consequeretur oēm motum:tunc ꝑmum tps cū
alijs tpibus diceretur ꝑncipalr.s.ꝙ mensurat:quemad-
moduꝫ motus quem sequitur dr̄ cum alijs ꝑncipaliter.
Si aūt tpus totum sequitur motum corporis rotundi:
tunc ꝑmo tps erit dictum cum tpe alio qđ mensuraret vni
uoce:sicut est dispositio in vnitate cū numero:hoc.n.po
sito tps non mensuraret nisi tpꝯ qđ est in primo motu:ꝛ
totum illud dr̄ vniuoce cum qualibet parte mensurāte.
vt dies ꝛ annus dr̄ tps vniuoce.Sꝫ ꝙ tpus ꝯsequatur
omnem motū ꝯtinuū:ita ꝙ in omni mobili dum mouet
motu ꝯtinuo est aliqđ tps subiectiue.vt ꝓbatū est supe-
rius:ꝛ vr̄ esse intentio aristo.ꝛ cōmentatoris:in isto 4°
si bene inspiciat.Sꝫ non multum innitor illis auctorita
tib⁹:qꝛ diuersi diuersimode pñt exponere eas.Ille vo
rōnes quas induxi faciūt me credere tps non esse vnaꝫ
numero penitus.Protestor tamē si per me vel per aliuꝫ
viderem earꝫ solutionem sufficientē tenerem aliā viam.

Rationes in ꝑncipio adducte sunt ꝓ me spe
cialr ꝑma ꝛ 3ª.Sicut.n.res nō
dicuntur vbicate nisi ꝑ vbi extrīn in eis subiectiue:sic nec
videntur ꝓprie dici temporales nisi per tempus extrīn in
eis actu vel potentia:ꝛ hoc ꝯfirmat ꝑmam rōnem.Et
sicut est vnus locus cōis oium locatoꝝ ꝛ principalis.s.
T.c.14. sphera vltima i qua omnia corpora ꝯtinentur:ꝛ plura
sunt loca specialia ꝛ propria.vt pꝫ in isto 4° sic non est
remotum ꝙ tps primo ꝛ ꝑncipaliter dictum sit vnum ꝛ
commune omnium tpaliuꝫ:ꝛ tamē tempus ꝓpriū vtriqꝫ
sit aliud ꝛ aliō numero.Sꝫ 2ª ratio plus concludere ni
titur ꝙ̄ debet:cuꝫ.n.dicitur multiplicato ꝛc̄.pōt dici ꝙ
verum est quantum ad respectus quibus mensura ꝛ mē
suratum se respiciunt.Sed illud quod est mensura pōt
esse vnum ꝑm se qđ mensurat plura mensurabilia:sicut
vna vlna mensurat plures pannos:sic etiam vnum tem
pus primo ꝛ ꝑncipaliter dictum est vnū ꝑm se ꝛ est mē-
sura oium alioꝝ temporꝝ.Sed quantum ad respectus
quibus refertur ad diuersa mensurata aliqualiter diuer
sificatur.vt substantia patris manens vna diuersis re-
spectibus dicitur referri ad diuersos filios.

¶ Expletis questionibus Jandonis super 4° physico-
rum:incipiunt questiones eiusdem super 5m.

¶ Transmutatur autem transmutās omne. Ali
quod quidem ꝑm accidens vt cuꝫ dicimus mu
sicum ambulare:quoniam cui accidit musicuꝫ
esse hoc ambulat:hoc autem in aliquid huius-
modi mutari:ꝛ simpliciter dicitur mutari que-
cunqꝫ secundum partes ꝛc̄. Textu commenti
primi.

Questio. I.

QUerit hic ꝑmo.Utrꝫ illud qđ est coniun
ctum mouenti per se sit mouens per acci-
dens.¶ Arguitur ꝑmo ꝙ non:qꝛ si sic es
set sequeretur ꝙ idē simul esset mouenꝯ ꝛ
motum:quod videtur impossibile:qꝛ mo
uens est ens actu: ꝛ motum est ens in po
Com.6. tentia:actus autē ꝛ potentia sunt differentie valde op-
Com.11. posite ꝑm Cōmentatorem in ꝓhemio de anima:ꝛ in 9°
metaphysi.dicit ꝙ actus ꝛ potentia sunt contraria rela
tiue.i.opposita relatiue:ꝛ talia nō insunt simul eidē.Et
ꝓbatur ꝯñtia:qꝛ in animali anima est ꝑ se motor ꝛ cor-
pus motū.vt dicit Cōmentator in 8° huius ꝛ habetur Cō.28.
satis in de motibus animaliū:ꝛ ipm corpus est ꝯiunctū
anime.vt pꝫ ex 2° de anima.Si igitur illud qđ est ꝯiun T.c.10.
que est inter formas vni⁹ speciei. ℭ Q2 aūt inter formas
substātiales nāles sit ɔrietas aliquo modo ꝓbatū fuit
ꝓus: τ post ꝓbari rōne ꝓbabili: q2 sicut forma substantia
lis ignis τ aque nāliter sunt ꝓores ipsis q̄litatib⁹ suis ca
liditate τ frigiditate vt oēs cōcedūt: ita rōnabile videt
q̄ repugnātia forme substantialis ignis ad formā substā
tialē aque sit ꝓor nāliter q̄ repugnantia caliditatis ad
frigiditatē: non eni pro alio ꝓncipaliter vident adinuicē
repugnare caliditas τ frigiditas: nisi q2 forme quas con
sequunt sibinuicē repugnāt: prior ergo est repugnantia
istaꝝ formaꝝ substātialiū q̄ suaꝝ q̄litatū dico nāliter: τ
sic nō est penit⁹ eadē repugnantia formaꝝ subaliū τ q̄li
tatū: s3 alia: cū nihil sit ꝓus nāliter seipso. Omnis aūt re-
pugnantia coꝝ que possunt succedere in eodē subiecto
est oppositio: τ omnis oppō vel est ɔrietas vel cōtradi-
ctio vel ꝓuatiua oppositio vel relatiua. vt satis p3 ex ꝓ-
dicamētis: τ ex. 10. metaphy. Constat aūt q̄ vna forma
subalis nō opponit alteri vt ꝓuatio habitui ꝓprie: cum
ꝓuatio sit per se nō ens: nec relatiue cū sint entia absolu-
ta: nec ɔdictorie cū vtraq3 sit ens positiuū: τ vnū cōtra
dictorioꝝ est pure nō ens. ergo relinquit q̄ vna forma
subalis opponit alteri cōtrarie. Istā aūt rōnē pono vt
ꝓbabilē. q2 nō est demōstratū q̄ repugnantia omnis ali
quoꝝ sibinuicē succedentium in vno subiecto sit opposi
tio. Sed forte hoc debet recipi ꝓ manifesto τ nō est de-
monstratū q̄ repugnantia formaꝝ necessario precedat
vniuersaliter repugnantiam qualitatū suarum. sed τ for
te hoc est principium bene dispositis fm intellectum.

His visis pōt rñderi ad qōnē. Primo q̄ inter
q̄titates nō ē ɔrietas iproprie dicta
q̄ ē inter ꝓuationē τ hitū oppositio: q2 cōstat q̄ vna q̄ti
tas nō ē ꝓprie ꝓuatio alterius. q̄re τc. Scdo pōt dici q̄
inter quantitates nulla est ɔrietas ꝓprijssime dicta: q2 ñ
sunt per se actiue adinuicē nec passiue vt manifestum est
ad sensum. Nam vt dicebat arguendo vnū corpus ap
propinquatū alteri nō corrūpit ipm: nec vna superficies
aliā corrūpit per se: nec linea lineā. Silr aūt τ in aliq̄s.
q̄re τc. Tertio pōt dici q̄ inter quātitates bene est con-
trarietas minus ꝓprie dicta que est ipossibilitas duarū
formarū eiusdē speciei. Quarum vna est perfectior alia.
Cōstat eni q̄ linea fm suā essentiā ē diuisibilis in lineas
minores. Et linea minor est minus pfecta q̄ linea maior
cuius est pars: sicut vl'r omnis pars quātitatiua est imper-
fectior suo toto. Et linea maior τ mior nō possūt simul
in esse eidē subiecto fm idē. quare τc. Quarto dicendū
q̄ inter quātitates fm q̄ sunt alicui⁹ nature est cōtrarie
tas ꝓpinquior vere cōtrarietati q̄ inter quātitates fm
se: q2 due forme maxime distātes abinuicē: quarum vna
succedit alteri in eodē subto magis ꝓpinque sunt vere
cōtrarietati q̄ que nō maxime distant: sed due quantita
tes fm q̄ sunt in nā determinata sunt maxime distātes.
verbi grā. Aliqua est quātitas hois: ita magna sub qua
maior non pōt saluari nā hois. Et aliqua ita parua sub
q̄ minori non pōt saluari natura hois. Et iste due maxi
me distāt abinuicē in nā humana τ post minimā quan
titatem nata est succedere maxima. Sed iter duas quā-
titates fm se sumptas non est maxima distantia. s. que sit
inter maximū τ minimū. verbi gratia. inter duas lineas
non est maxima distantia: q2 nulla est linea minima s3 se
cum sit diuisibilis in infinitū. Silr aūt τ in aliq̄s quanti-
tatibus continuis. Et silr non est maxima distantia inter

duos numeros. qꝛ nullus est numerus maximus quo nō
posset esse maior: cū numerus crescat in infinitum. vt pꝫ
T.c.67. in 3° hui⁹. ¶ Et ideo cōiter solet dici ad questionē istā
ꝙ in quātitate ſm se nō est cōtrarietas: sed in quantitate
ſm ꝙ est coniuncta forme naturali: vel ſm ꝙ est quanti-
tas forme nālis bene est cōtrarietas: qđ tamen credo sic
esse intelligendū vt in quantitate ſm ꝙ est cōiuncta for
mis nālibus sit cōtrarietas nō ꝓprijssime dicta: qꝛ tales
due quātitates alicui⁹ nāe: quaꝝ vna est maxima ⁊ alia
minima nō sunt sibijnuicē per se corruptiue: vt linea mi-
nima sub qua nata est esse forma humana non est per se
corruptiua linee maxime nec econuerso. simil'r aūt ⁊ de
alijs quātitatibus ⁊ naturis. Sed pro tanto dicit̄ esse cō
trarietas in quantitate ſm ꝙ est cōiuncta cū formis natu
ralibus. qꝛ cū ipsa vt sic est cōtrarietas ꝓpinquior perfe
cte contrarietati ꝙ̄ in ipsa ſm se ⁊ absolute vt declaratū
est. Nec intelligo etiā ꝙ in quātitate ſm se ⁊ ſm suā eēn
tiam nullo mō sit cōtrarietas. qꝛ circumscriptis per intel
lectum omnibus formis nālibus adhuc linea maior esset
perfectior aliquo mō ꝙ̄ linea minor: sicut totū est perfe
ctius sua parte. ⁊ sic in essentia linee adhuc esset contra-
rietas q̄ pōt esse inter formā magis perfectā ⁊ min⁹ per
fectam eiusdē speciei: imaginor ergo ꝙ circūscriptis per
intellectū omnibus formis nālib⁹ adhuc eēntia linee rea
liter esset diuisibilis in infinitum. ⁊ nō esset diuisibilis nisi
in lineas vt omnes concedunt ſm Aristo. in 6° huius. ⁊
in libro de lineis indiuisibilibus. ergo cū vnūqđq3 sit cō-
positum ex illis in que diuiditur. sequit̄ ꝙ linea ſm suam
essentiam sit cōposita ex lineis. Et cū omne totū sit mai⁹
sua parte: sequitur ꝙ linea ſm suam essentiam sit maior
alia linea. ⁊ per ꝯñs perfectior aliqualiter ⁊ alia minor
⁊ minus perfecta. ⁊ sic inter eas est cōtrarietas talis que
dicta ē. ¶ Et si quis diceret ꝙ linea maior nullo modo
est perfectior ꝙ̄ linea minor: nisi ſm ꝙ est coniuncta for-
me naturali ⁊ rōne qua est ei coniuncta: hoc nō est veꝝ.
qꝛ circūscriptis omnibus virtutib⁹ nālibus adhuc linea
maior haberet plures partes eiusdē quantitatis ꝙ̄ linea
minor. Et cōstat ꝙ vnaqueq3 illaꝝ partiū quas haberet
linea maior vltra minorē esset quedā perfectio ⁊ forma
in se. ⁊ sic linea maior circūscriptis virtutibus nālib⁹ ha-
beret plures perfectiōes ꝙ̄ minor. quare aliqualiter eēt
perfectior. ⁊ sic idē qđ prius. s. ꝙ in quantitate ſm se. s. ſꝫ
suam essentiam est aliq̄ contrarietas: bñ tñ concederem
ꝙ nunꝙ̄ aliqđ subiectū transmutaret̄ de longitudine seu
linea minori ad maiorē3 nec econuerso. nisi per virtutes
nāles actiuas ⁊ passiuas: sed hoc non obstante adhuc di
uisio longitudinis. s. linea nāliter est prior omni virtute
naturali aliquo modo prioritatis. Quātitas. n. ꝑor ē q̄li
tate. vt dicit Boetius in ꝑdicamentis. ⁊ Cōmenta. in de
substantia orbis. dicit ꝙ ꝑmū rerū existentiū in hoc sub
iecto sunt tres dimensiōes q̄ dicunt̄ corpus. Et sic nāliter
ante omnē virtutē nālē ipsa linea hēt partes quantita-
tiuas sine quibus nō est eius essentia. ⁊ per ꝯñs esset in li
nea maius minus, siquidē3 oē totū est maius sua parte
⁊ si maius ⁊ min⁹. ergo ꝑfectius ⁊ min⁹ perfectū. q̄re ⁊c̄.

Ad rationes pꝫ ꝑ distinctionē positā: ⁊ tu ap
plica ad solutionē. ¶ Et ad vl
timā credo eē dicēdū ꝙ ꝯrietas q̄ est in quātitate est iter
quātitates que sunt eiusdē3 speciei modo prius dicto. Et
cum dicitur ꝙ contraria differunt specie: verum est con-
trariis proprijssima: ⁊ perfectissima contrarietate. Sed
non oportet ꝙ contraria omnia sint diuersa specie: ⁊ h̄
significauit Aristote. in 5° metaphy. capitulo. de diuerso
specie: vbi sic loquitur. Et contraria diuersa sunt specie:
aut omnia: aut dicta primū: ⁊ est verū pro vltima parte.
scilicet ꝙ contraria dicta primum. i. ꝑncipaliter sunt di-
uersa specie.

¶ Questio. VII.

Consequēter queri solet. Utrū ad ꝙ̄titatē
posset eē mot⁹. Sed qꝛ de hoc dictū est in
tractatu de augmēto: idō hic ñ scribo. Sꝫ
cui fuerit cure videat illđ op⁹. ¶ Et cōse
quēter q̄rit̄. vtrū i loco sit ꝯrietas. ¶ Ar-
guit̄ p°. ꝙ nō. qꝛ si i loco eēt ꝯrietas maxie
videret̄ eē inter locū sursum ⁊ locū deorsum. hec ē mani
festa. qꝛ ista loca sunt maxime diuersa sic̄ grauia ⁊ leuia
Sed inter locū sursū ⁊ locū deorsū non est ꝯrietas: qđ
ꝓbatur dupliciter. Primo. qꝛ ꝯrietas est maxima distan T.c.14.
tia. vt pꝫ. 10. metaphy. sed inter locū sursum ⁊ locū de
orsū nō est maxia distātia. qꝛ locū sursum est ipm conca
uum celi. ⁊ locū deorsum est mediū mundi. vt pꝫ in pri-
mo metheoroꝝ. ⁊ 4° huius. mō cōcauū celi nō maxie di
stat a medio mundi: imo plus distat vna pars cōcaui ce
li a parte celi ei diametraliter opposita ꝙ̄ a medio mūdi
vt manifestū est per se. q̄re ⁊c̄. ¶ Itē ꝯria p̄nt sibijnuicē T.c.14.
succedere in codē subiecto. vt pꝫ. 10 metaphy. sed loc⁹
sursum ⁊ locus deorsum nō possunt sibijnuicē succedere
in codē subiecto: locus enim sursum ꝓprie est virtus cō-
seruatiua leuium: ⁊ locus deorsū est virtus cōseruatiua
grauiū. Uirt⁹ aūt cōseruatiua leuiū non est ꝓprie nisi in
celo. Et virt⁹ cōseruatiua grauiū in cētro. Un̄ cū cētrū
nunꝙ̄ fiat celū nec econuerso: manifestū esse videt̄ ꝙ iste
virtutes nunꝙ̄ succedūt in vno ⁊ codē subto. quare ⁊c̄.
¶ Itē ꝯrioꝝ vnū est corruptiuū alteri⁹. vt pꝫ i ꝑmo de T.c.50.
generatōe. ⁊ 2° sed loc⁹ sursū nō est corruptio loci deor T.c.8.
sum nec ecōuerso. qꝛ locus sursum est virtus cōseruatiua
leuiū ⁊ est in cōcauo celi. Locus aūt deorsū est virt⁹ cō
seruatiua grauiū ⁊ est in cētro. vt dicit̄ in 4° huius. mo- T.c.5.
do iste virtutes nunꝙ̄ sunt sibijnuicem appropinquāte:
⁊ ideo vna nō agit ad corruptionem alterius: cum agēs
⁊ passum debeat esse simul. vt pꝫ ex 7° huius. T.c.11.

Dicendū ¶ Oppositū vult Arist. in littera. T.c.18.
ꝙ in loco nāli q̄ ē vtus ꝯseruatiua loca
ti bñ est ꝯrietas aliquo mō. qꝛ oēs due forme existentes
sub codē genere ⁊ diuerse ſm spēm ⁊ maxime distantes
sub illo genere hñt aliqual'r ꝯrietatē. hec videt̄ manife-
sta: sed locus sursū ⁊ locus deorsum sunt hmōi: sūt eniꝫ
in codē genere. s. sub loco ⁊ differūt specie: sic̄ graue sim-
pliciter ⁊ leue simpl'r differūt specie ⁊ maxime distāt ab
inuicem ſm nām ⁊ virtutē. Nā sursum simpl'r est virtus
cōseruatiua leue simpl'r. Et deorsum simpl'r est virt⁹ cō-
seruatiua grauis simpl'r. Un̄ sicut grauitas ⁊ leuitas ma
xime in genere virtutis motiue ſm locum distāt: sic sur-
sum simpl'r ⁊ deorsum simpl'r maxime distāt in genere lo
ci. ¶ Et est considerādū ꝙ ſm Cōmē. in 8° metaphy. il
lo ca° est aūt suba qđ subijcit̄. Contrarietas ꝑmo ⁊ eēn
tialiter inuenit̄ in eis que opponunt̄ in loco: ⁊ iō accepta Cō.4.
est distātia in diffinitione cōtrarioꝝ. s. quia distantia ꝓ
prie dicit̄ de locis ⁊ ex cōsequēti de formis repugnanti-
bus. ¶ Et notandū ꝙ licet cōtrarietas ꝑmo ⁊ essentia
liter inueniat̄ in loco: tñ ſm Cōmē. in ꝑmo celi ⁊ mūdi.
inuenire ꝯrietatē in motu locali est magis occultū ꝙ̄ in
alteratione: ⁊ esset bene vidēdū qualiter h̄ Cōmētator
intelligit. Forsan intelligit de motu locali circulari. Cō.86.

Ad primā rōnem dicendū ꝙ aut vbi sursum ⁊
vbi deorsum nō est maxia distantia
quantitatiua: maxima dico simpliciter ⁊ omnino: sed in-
ter ea est maxima distantia virtutum conseruatiuarum.
plus enim differt virtus conseruatiua grauiū3 que ē lo-
cus deorsum a virtute conseruatiua leuium que est loc⁹
sursum: ꝙ̄ distant abinuicē virtutes due in duabus par-

tib⁹ orbis sibi oppositis: ꝛ hoc sufficit. ¶ Ad aliam cũ
dicit̃ ↄ̃ria possunt sibiinuicez succedere ꝛc̃. posset dici ꝙ
ↄ̃ria possunt considerari dupl'r. Uno modo rõne q̃ ↄ̃ria
sunt. ꝛ sic nõ repugnat eis sibiinuicẽ succedere in eodem
subiecto. Alio mõ ſm ꝙ sunt in talibus naturis determi
natis. ꝛ sic põt esse ꝙ nõ succedãt sibiinuicẽ in codẽ sub
iecto. Aut dicat̃ ꝙ grauis locus sursum ꝛ locus deorsum
non succedant sibi in codẽ ſm se: tñ ſm suos effectus. s.
vbi sursum ꝛ vbi deorsum bene succedunt sibi in eodem
subeo. ¶ Ad aliud põt dici ꝙ licet virtus conseruatiua
leuiũ que est loc⁹ sursum nõ agat imediate ad corruptio
nez loci deorsum: tñ possibile est ꝙ agat ad hoc mediate
.s. mediantib⁹ corporibus intermedijs. s. inter ipm celuz
ꝛ ipm locũ grauiũ: bene tñ verũ est ꝙ nunq̃ virtus con
seruatiua grauiũ que est locus deorsum corrũpit virtutẽ
cõseruatiuaz leuiũ existente in cõcauo celi: cuz ipm celũ
T.c.20. non sit alterabile ab istis iferioribus. vt satis pz in pmo
celi ꝛ mũdi. nec oportet ꝙ vtrũuis contrarioꝝ sit corru
ptiuum alterius ꝛ econuerso: licet hoc sit in istis iferiori
bus cõtrarijs q̃ cõmunicant in vna materia.

¶ Que autem est in eadem specie mutatio in ma
gis ꝛ minus abstractio est ꝛc̃. Textu commen
ti. XIX.

Questio. VIII.

Consequenter querit̃. Utrũ magis perfectuz
ꝛ minus perfectũ in forma ad quã est mot⁹
sint diuersa ſm spẽm. ¶ Arguit pmo ꝙ sic.
qꝛ contraria differunt ſm spẽm. vt videt̃ vel
T.c.19. le Aristo. in. 10. metaphy. sed magis pfectuz
ꝛ minus perfectũ in talibus formis videntur esse ↄ̃traria:
qd̃ pbatur. qꝛ motus non est nisi a contrario in cõtrariũ
saltẽ in istis inferioribus: sed contingit aliquid moueri a
minus perfecto ad magis perfectuz: vt a min⁹ calido ad
magis calidũ. ꝛ sic de ceteris. quare ꝛc̃. ¶ Itẽ extrema
ꝛ mediuz differũt ſm spẽm vt albedo ꝛ rubedo. ꝛ sic de
alijs. sed nõ differunt nisi ſm magis ꝛ minus. mediũ eni
hꝫ actu vtrũqꝫ extremoꝝ nõ in suis vltimis pfectionib⁹
C.cõ.56. vt dicit Cõmẽ. i pmo hui⁹. ergo mediũ hꝫ in se vtrunqꝫ
extremoꝝ remissum ꝛ ſm minorẽ perfectionez. q̃re ꝛc̃.
¶ Itẽ illa differũt specie quoꝝ vnũ est corruptiuũ alte
rius. hec videt̃ manifesta: qꝛ ea que sunt eiusdem speciei
nõ videntur ẽẽ sibiinuicẽ corruptiua: modo magis calidũ
corrũpit min⁹ calidũ. vt maior flãma corrũpit minorem
ſm Aristo. in de causis longitudis ꝛ breuitatis vite: ꝛ in
de respiratione. quare ꝛc̃. ¶ Itẽ magis differunt magis
albũ ꝛ min⁹ albũ: q̃ duo alba eque perfecta. hoc est ma
nifestũ: sed duo alba eque perfecta differunt numero vt
manifestũ est per se. ergo magis albũ ꝛ min⁹ albũ diffe
runt plus q̃ numero: sed non possunt plus differre q̃ nũe
ro nisi differant specie vt certũ est. quare ꝛc̃.

¶ Oppositũ arguit auctoritate Ari. hic. vult eni ꝙ ma
gis ꝛ minus sunt in codẽ specie: ꝛ hoc etiaz est cõe dictũ
ꝙ magis ꝛ minus non diuersificant speciem.

Ad questionẽ põt dici breuiter ꝙ magis p
fectũ ꝛ minus perfectũ in for
ma ſm quã est mot⁹ nõ differũt ppꝛie ſm spẽm. Et hoc
aliqui sic pbant. Si hmõi magis ꝛ min⁹ differũt spẽ nul
lus motus posset esse vn⁹ numero simpliciter: qd̃ est ois
T.c.34. incõueniens. ꝛ ↄ̃ Arist. in isto 5° ꝛ apparet ↄ̃ña. qꝛ semp
in alio ꝛ in alio instanti tẽporis mensurãtis motũ ad for
mam aliquid acquirit̃ illius forme perfectius ꝛ min⁹ p
fectũ: motus eniz est: generatio vnius partis post aliã p
tem illius perfectionis ad quã tẽdit motus donec perfi
Cõ.4. ciatur ꝛ sit in actu. vt docet Cõmẽ. in 3° huius. ꝛ constat
ꝙ pars que acquiritur in instãti priori est minus perfecta
q̃ que acquiritur in instanti sequenti: vt cum aliquid ca
lefit prius acquirit̃ caliditas minus perfecta: ꝛ postea ma
gis perfecta. similiter aũt ꝛ in alijs motibus suo mõ. Si
igit̃ hmõi forme differũt ſm spẽm: tũc nullus motus est
ſm formã vnã specie. Ad hoc aũt ꝙ motus sit vnus nu
mero requirit̃ ꝙ sit ſm formã vnã specie ad minus: licet
forte nõ sit necessariũ ꝙ sit ſm formã vnam numero: ita
.s. ꝙ forma ſm quã est motus sit vna numero: per totuz
tempus. De hoc aũt videbit̃ in sequẽtibus. q̃re ꝛc̃. ¶ Itẽ
põt sic pbari cõclusio. Si albedo pfectior ꝛ minus pfe
cta essent diuerse ſm spẽm: tũc non magis differrẽt albe
do ꝛ nigredo q̃ albedo perfectior ꝛ minus pfecta: qd̃ vi
detur absurdũ. ꝛ pꝫ ↄ̃ña. qꝛ albedo ꝛ nigredo per se solũ
non differunt nisi ſm spẽz. Si ergo albedo perfectior ꝛ
minus pfecta differunt specie: tũc non plus differrẽt al
bedo ꝛ nigredo q̃ albedo pfectior ꝛ iperfectior. ¶ Sꝫ
forte hec ratio nõ est demõstratiua: qꝛ diceretur ꝙ nihil
pꝛhibet differentiã ſm spẽm quedam magis esse diuersa
q̃ alia vt homo ꝛ musca differũt ſm spẽm. ꝛ sil'r homo ꝛ
simia differũt sic ſm spẽm. ꝛ tñ homo ꝛ musca plus diffe
rũt q̃ homo ꝛ simia: nisi ꝙ forte hõ ꝛ musca nõ plus dif
ferunt quãtum ad substantias ꝛ per se q̃ hõ ꝛ simia: sed
quãtũ ad dispositiones sunt magis dissimilia. Homo aũt
ꝛ simia magis similia: sed nõ magis eadẽ ſm se. ¶ Item
posset sic argui. Si magis perfectũ ꝛ min⁹ pfectũ in for
ma ſm quaz est motus differrent spẽ: tunc subẽ sil'r habe
rent magis ꝛ minus sicut accidentales forme: qd̃ est ipro
babile. Et pꝫ ↄ̃ña. qꝛ certũ est ꝙ in substantijs est magis
perfectũ ꝛ minus perfectũ in diuersis spẽbus. Una eniz
substantia est pfectior alia. vt pꝫ ex pmo de generatiõe.
Si igit̃ forma accidentalis ſm quaz ẽ mot⁹ nõ haberet
magis pfectũ ꝛ minus pfectuz nisi in diuersis speciebus: T.c.18.
tũc nõ aliter reciperet accidẽs magis ꝛ min⁹ q̃ subã: qd̃
cũ sit iprobabile: qꝛ substantia nõ recipit magis ꝛ minus
saltem subã mixti. ideo ꝛc̃. ¶ Itẽ posset duci ad aliud i
probabile: ꝙ si magis ꝛ minus in forma ſm quã est mo
tus differunt ſm spẽm: tunc essent infinite spẽs saltez suc
cessiue in codẽ subiecto: qd̃ est absurduz. ꝛ pbat̃ ↄ̃ña: qꝛ
certũ est ꝙ in tẽpore mensurante motũ ppꝛie dictũ sunt
infinita instantia: ꝛ in vnoquoqꝫ illoꝝ acquirit̃ alia pars
illius forme ſm quã est motus: ita ꝙ pars que acquirit̃
in instanti posteriori est perfectior parte que fuit acquisi
ta in instanti precedente. verbi gratia. Cum aliqd calefit
in aliquo tẽpore in quolibet instanti illius tẽporis acqui
ritur aliqd vel aliqua pars caliditatis ꝛ semp perfectior
pars est illa que acquirit̃ in instanti sequenti. cũ igit̃ sint
infinita instantia in illo tempore. vt pꝫ ex 6° huius. infi
nite partes caliditatis acquirerent in subiecto in illo tẽ
pore. ꝛ sic si magis ꝛ minus sunt diuersa ſm spẽm in tali T.c.15.
forma. sequit̃ ꝙ erunt species infinite ſm successionem:
qd̃ videt̃ ipossibile omnino. ¶ Et confirmat̃: qꝛ ſm ali
quos oẽs species que possunt esse in vniuerso sunt actua
liter in ipso. Et hec videt̃ esse intentio lincoñ. super pmo
posterioꝝ vbi dicit ꝙ verisimile est oẽs spẽs vniuersi in
qualibet hora manere. Aliter enim vniuersitas entium
quandoqꝫ esset diminuta. Aliter ẽt spẽs ille non pl⁹ per
tinerent ad perfectionem vniuersi q̃ sua indiuidua. Si
igitur in aliquo subiecto possent esse species infinite ne
cessario videretur ꝙ species infinite simul essent: quod ẽ
manifestum impossibile.

Ad primam rõnẽ dico ꝙ maior ẽ vera de cõ
trarijs ↄ̃rietate ppꝛia ꝛ pfecta:
sꝫ de ↄ̃rijs ↄ̃rietate diminuta ꝛ iperfecta nõ ẽ vera: ꝛ sic
est hic. quare ꝛc̃. ¶ Ad aliam cum dicitur. medium ꝛ ex
trema ꝛc̃. Intelligenduz est h ꝙ de medio sunt due opi

niones. Una est ꝙ medium inter duo extrema est cōpositū ex essentijs extremoꝝ remissis ⁊ refractis: vt rubedo ex essentia albedinis ⁊ nigredinis. Silr aūt ⁊ in alijs ⁊ loquimur de medijs fixis: que .s. hñt eē fixa in subiectis. Et tunc isti dicerent ꝙ ipm medium differt ab altero extremoꝝ ratione alterius qd includit in eius essentia. verbi gratia. rubedo differt a nigredine rōne albedis: ⁊ ab albedine rōne nigredinis. Silr aūt ⁊ in alijs. ⁊ sic nō differt solū fm magis ⁊ minus. Verū est tñ ꝙ fm istā viam medium quātū ad id qd includit de altero extremo nō differt ab illo extremo nisi fȝ magis ⁊ minꝰ: vt rubedo q̄tū ad illud qd includit de albedine non differt ab albedine nisi fm magis ⁊ minꝰ: sed rōe alterius partis differt per se ab albedine .s. rōne nigredinis. ¶ Sed ista opinio videtur difficilis. qꝛ fm hoc mediū nō erit quid vnū per se cuȝ ex duabꝰ formis non fiat vnū ens p se. ¶ Itē forme omnis est simplicis essentie. vt vult auctor .6. pncipioꝝ. rubedo aūt est quedā forma. ⁊ silr de alijs hmōi. q̄re ⁊c̄. ¶ Et ideo dicunt alij aliter. ⁊ dicūt ꝙ mediū ipm nō est essentialiter cōpositū ex extremis fractis: imo est forma ita simplex in essentia sicut sunt forme extreme: tñ habȝ quodāmō virtutē vtriusqȝ extremoꝝ. Et sic intelligunt Cōmētatorē cū dicit ꝙ in medio sunt extrema in actu .i. in virtute quadā actiua: qua ipm mediū pōt agere actionem similē actioni vtriusqȝ extremi: vt tepidū habȝ aliqualiter calefacere frigidū ⁊ aliqualiter frigefacere calidū. ⁊ sic de ceteris. ⁊ sic nō differt ab extremis soluȝ fm magis ⁊ minus: que sunt perfectiōes accidētales eiusdē forme: sed differt ab eis per se ⁊ fm suā eēntiam. Et forte nō est remotū quin subiectum forme medie habeat in se formas extremas actu nō in suis vltimis perfectiōibꝰ sed refractas ⁊ remissas: ⁊ ille sunt sicut dispositiōes subiecti ad formā mediā consequentē: que tñ forma media essentialiter differt ab vtroqȝ extremoꝝ ⁊ pmo: ⁊ iō nō valet illa ratio. ¶ Ad aliā cū dicit. illa quoꝝ vnū nō est corruptiuū alterius ⁊c̄. Pōt dici ꝙ verū est si vnū sit per se corruptiuū alterius: sed si per accidens nō est necesse. modo diceret ꝙ caliditas maioris flāme nō corrumpit per se caliditateȝ minoris flāme. Sed per accidens hoc modo: qꝛ flāma est spiritus sicci ardor: fm Arist. in pmo metheoroꝝ. Ille aūt spiritus cuius ardor ē flāma debet habere aliquā humiditatē aereā ⁊ subtileȝ: ⁊ sine humiditate tali nō pōt cōseruari talis flāma. Constat aūt cū maior flāma approp̄inquat minori ꝙ caliditas maioris flāme cōsumit illud humidū ex quo haberet ⁊ posset cōseruari flāma minor: ⁊ sic per accidēs corrūpit ipsam minoreȝ flāmaȝ ⁊ eius caliditatem: sed non per se: ideo ⁊c̄. ¶ Ad aliā dicenduȝ ꝙ albedo perfectior ⁊ minus perfecta nō plus differunt per se ⁊ essentialiter q̄ꝫ due albedines eiusdem gradus: sed bene sunt minus similes quadam accidentali similitudine: ⁊ due albedines eiusdem gradus vel equaliter intēse ⁊ perfecte sunt similiores accidentali similitudine q̄ꝫ due albedines: quarum vna est perfectior alia: sed per se non sunt magis eedem adinuicem q̄ꝫ ille. quare non valet ratio.

¶ Unus autem motus dicitur multipliciter ⁊c̄.

Textu cōmen. XXXI. Questio IX.

Uerit hic. Utrum forma fm quā est motus sit vna numero a pncipio motꝰ vsqȝ ad terq minū. verbi gratia. Cū aliquid calefit caliditas sit vna numero a principio calefactionis vsqȝ ad terminū: ⁊ sic de silibus. ¶ Arguit pmo ꝙ nō. qꝛ illud qd est in cōtinuo fluxu nō manet vnū nūero hec videt manifesta: sed forma fm quā est motꝰ ē in cōtinuo fluxu: vt ēt manifestū est fȝ oēs. q̄re ⁊c̄.

¶ Oppositū arguitur. qꝛ si talis forma non maneret vna numero: tunc talis motus non esset vnus numero. ⁊ pȝ pñā. quia motus fm veriorē acceptionē est forma fluēs. vt vult Cōmentator in 3° huius. quare ⁊c̄. Cō.4.

Ad questionem est intelligēdū ꝙ de gradibus forme fm quā ē motꝰ sunt diuerse opiones. ¶ Quidā eni dicunt ꝙ illi gradus nō sunt idē essentialiter cū ipsa forma nec eiusdē speciei imo sunt diuersi eēntialiter ab ipsa forma. verbi gratia. cuȝ aliqd calefit gradus caliditatis succedentes in subo non sunt caliditates: sed sunt accidentia quedā diuersa a caliditate essentialiter. Silr aūt ⁊ in alijs suo modo. Et isti dicūt ꝙ essentia forme manet eadē numero per totū tempus motus ⁊ gradus sunt diuersi: ⁊ vno adueniente corrūpit precedens. ⁊ dicunt isti ꝙ ad essentiā forme nō est motus: imo eēntia forme acquirit in pmo instāti appropinquatōis alterantis ad alterabile. sed gradus acqrunt per motū vel extra sub tali gradu. verbi grā. Essentia caliditatis in instanti pmo quo calefaciens est approp̄inquatū calefactibili: ⁊ deinde acquirunt diuersi gradꝰ caliditatis successiue vnus post alium: ita ꝙ caliditas in nullo tempore manet sub eodē gradu: sed semp acquirit alium ⁊ alium vsqȝquo motus terminet: ⁊ adueniēte posteriori gradu deficit pcedens: forma tñ manet vna ⁊ eadem numero per totū tēpus motū vt dicunt. Qꝫ autem forma fm quā est motus maneat vna numero per totū tpa motus cōtinui hoc ꝓbant rōne prius inducta. qꝛ aliter motus nullus esset vnus numero: qd est incōueniēs. qꝛ omne ens est vnū numero aliqualiter: fm Boetiuȝ in de vnitate ⁊ vno. Apparet pña. qꝛ motus vel est forma fluens fm veriorē opinionē vel est fluxus forme fm famosiorē opionē. vt dicit Cōmen. in 3° huius. Et si qdem Cō.4. motus sit forma fluens sic manifestū est. ꝙ si non est forma vna numero. sic nō erit motus vnus numero. Si vo motus sit fluxus forme: sic adhuc videt sequi ꝙ si nō est vna forma nō erit vnus motus. Nā fluxus vnꝰ numero nō est nisi forme vnius nūero. Formaꝝ eniȝ diuersarum numero nō pōt esse vnus fluxus numero vt videt manifestū. q̄re ⁊c̄. Qꝫ aūt gradus forme sit alius ⁊ alius ⁊ nō idē simplr ꝓbant sic. qꝛ si forma maneret vna numero ⁊ sub eodē gradu: tūc subiectū motus quiesceret dū moueret: qd est ipossibile. Et ꝓbat pña. qꝛ illud quiescit qd se hȝ eodem mō nūc sicut ⁊ pus: vt pȝ in 6° huius. mō illud qd mouet se haberet in tēpore motus eodē mō nunc vt T.c.73. pus: postq̄ꝫ haberet eandē formā ⁊ sub eodē gradu. quare ⁊c̄. Qꝫ autem gradus forme sit alius ab ipsa forma: sic probat. qꝛ illa nō sunt idē numero quoꝝ vnū manet idē vnū in numero ⁊ aliud nō: sȝ sic se habēt gradus forme ⁊ forꝰ. vt pȝ ex dictis. ¶ Sed sine dubio ista positio nō videt esse oino vera quātū ad id qd ponit de gradibus forme ad quā est motus .s. ꝙ ipsi gradus sunt alij essentialiter ab ipsa forma. verbi grā. ꝙ gradus caliditatis q acquiruntur in diuersis instantibus temporis mensurantis motuȝ calefactionis: sint penitus alij essentialiter ab ipsa caliditate. hoc videt multuȝ ipossibile. qꝛ si gradus caliditatis non esset caliditas sed aliquid aliud essentialiter a caliditate: tunc calefactio magis deberet dici terminari ad aliquid aliud: q̄ꝫ ad caliditatē: qd est oino ridiculū. Et ꝓbat pña. qꝛ fm istā positionē calefactio vel terminat ad gradū aliquē caliditatis vel ad caliditateȝ vt est sub tali gradu: ita .s. ꝙ talis gradus caliditatis vel est terminus calefactionis vel est formale in termino calefactionis: omnis aūt motus magis est ad terminū suū ⁊ ad formale in suo termino q̄ꝫ ad aliquid aliud vt mani

fectum est vnicuiqꝫ sani capitis.ergo calefactio magis est
ad aliquid aliud a caliditate q̄ ad caliditatē: ⁊ magis dꝫ
denominari ab aliquo alio q̄ a caliditate: qđ est oīo ab-
surdum. Et similr est intelligendū de quocunqꝫ alio mo-
tu ad formā. ¶ Itē si gradus caliditatis nō est essentia-
liter caliditas: sed aliquid aliud ſm specieꝫ a caliditate.
Querit vtꝝ hmōi grad⁹ sit quid absolutū: aut sit relatio
seu respectus. Si diceret q̄ est relatio vel respectus hoc
videt esse multū irrōnabile: qꝛ ſm hoc calefactio magis
esset ad relationē q̄ ad caliditateꝫ: cū terminus eius vel
formale in termino esset relatio: vnūqđqꝫ aūt magis de
bet denominari a suo formali q̄ a suo materiali. Si aūt
diceret q̄ ipse gradus caliditatis est ens absolutū. Que
ritur in quo genere sit. ⁊ nō inuenit esse rōnabile q̄ sit in
alio genere nisi in genere q̄litatis vt pꝫ inducenti in oīb⁹.
Si aūt hmōi gradus caliditatis est qualitas: queritur in
qua specie qualitatis: ⁊ nō est rōnabile q̄ sit in pma spe-
cie nec in secūda nec in quarta: vt quilibet intelligens p-
prietates istaꝝ specierū concederet. ergo relinquit q̄ in
terti· specie qualitatis. Aut igit qualitas pma aut secun
da. Nō est dicendū q̄ sit qualitas secunda. qꝛ qualitateꝫ
scđe non inueniunt nisi in mixtis. vt vult Commen. in 2°
Cō.97. de aīa. ⁊ habet. ⁊ 4° metheoroꝝ. ergo grad⁹ caliditatis
est qualitas pma tangibilis: ⁊ cum non sit frigiditas nec
humiditas nec siccitas: vt manifestum est relinquit q̄ sit
caliditas. silr aūt est de alijs suo modo. ¶ Itē si gradus
forme esset aliud ab ipsa: forma tūc dissimilitudo nō pos
set fundari imediate in duabus qualitatibus eiusdē spe-
ciei: vt sup duas caliditates eiusdē speciei nō posset fun-
dari dissimilitudo: qđ videt inconueniens: qꝛ pprium est
qualitatis ſm eam simile a dissile dici. vt docet Aristo. in
predicamentis: ⁊ pꝫ ꝯña. qꝛ dissimilitudo nō fundat in q̄
litatibus eiusdē speciei nisi rōne diuersoꝝ graduum. Si
enīꝫ eēnt equales gradus essent similes adinuicē vt ma-
nifestū est. ergo si gradus essent alij essentialiter a caldi-
tate: tunc dissimilitudo nō fundaret imediate sup quali-
tates eiusdē speciei qđ est inconueniēs. ergo ⁊c. ¶ Et p
pter ista ⁊ similia dicunt alij q̄ gradus forme ad quā est
motus sunt idē essentialr cū ipa forma: ita q̄ diuersi gra
dus caliditatis nō sunt aliud essentialr q̄ diuerse calidi-
tates: silr aūt ⁊ in alijs. ⁊ isti sunt bipartiti q̄tū ad qōneꝫ
ppositam. ¶ Quidā enim istoꝝ dicunt q̄ nullus istorū
graduū manet vn⁹ numero per totū motū: nec aduenien-
te vltimo gradu terminante motū manēt pcedētes: sed
semper vno adueniēte alter corruptus est: ⁊ adueniente
vltimo oēs precedentes corrupti sunt. verbi grā. cū ali-
qđ calefit nō manet aliq̄ parꝫ caliditatis eadē numero a
pncipio vsqꝫ ad terminū: imo adueniente posteriori par
te pars prior est corrupta. ⁊ silr in alijs suo mō. ¶ Et hō
ipsi pbant multipliciter. Primo sic. sicut se hꝫ illud quod
localiter mouet ad vbi pcedentis terminū mot⁹ localis:
sic se habet illud qđ mouet ad formā ad partes forme
pcedentes terminū motus ad formā. hec videt manife-
sta. per ꝯuenientē similitudinē: ⁊ specialiter de motu alte
rationis: sed in illo qđ localiter mouet nō manet aliqđ
vbi vnū ⁊ idem numero per totū tēpus mensurās motū
sed semper est in alio ⁊ in alio vbi: sicut semper itrat aliū
T.c.74 ⁊ aliū locū. vt pꝫ in 6° huius. ergo similiter id qđ moue-
tur ad formā nō habet aliq̄ partē forme ſm quā mouet
eadem numero: ⁊ remanente in toto tpe motus. ¶ Itē
si aliqua pars forme talis maneret eadem numero: tunc
vna ⁊ eadē forma esset in eodē subiecto simul: ⁊ ſm ideꝫ
ſm esse magis perfectū ⁊ minus perfectum: qđ videt ab
surdum. ⁊ pbat ꝯña. qꝛ semper pars forme posterior est
perfectior pcedente: cum subiectuꝫ sit magis dispositum
posterius q̄ prius ppter maiorē remotionē cōtrarij. Si
igitur pars pcedens remaneret eadē nūero cū sequente:
tunc sequeret q̄ vna forma simul esset in eodeꝫ subiecto
sub esse magis perfecto ⁊ minus perfecto. q̄re ⁊c. ¶ Itē
si pars forme pcedens maneret adueniente posteriori.
Aut iste partes fierent vna forma numero: aut remane-
rent diuerse numero. Sed non est dicendum q̄ fiant vna
forma numero. qꝛ illa nō sunt vnū numero que generan
tur diuersis generationibus. hoc videt manifestuꝫ. Sed
iste partes generant diuersis generationib⁹: cum fiant in
diuersis instantibus. quare ⁊c. Si auteꝫ dicat q̄ iste par
tes remanent diuerse numero. hoc videt omnino incon-
ueniens. qꝛ accidentia absoluta diuersa numero ⁊ eiusdē
speciei non possunt simul esse in eodē subiecto ⁊ ſꝫ eadē
partē. vt pꝫ ex 5° meta. Iste aūt partes oēs erunt eiusdē
speciei ⁊ in eodē subiecto ⁊ eadē parte. quare ⁊c. ¶ Itē
si illud qđ mouet sub aliqua forma maneret sub aliqua
parte illius forme eadem numero per aliqđ tpus. sequit
q̄ simul dū moueret quiesceret: qđ est ipossibile ſm ideꝫ:
Et pbat ꝯña. nam illud dicimus quiescet qđ in alio ⁊ in
alio instāti manet sub eadē forma numero. vt vult Arꝫ.
in 6° huius. quare ⁊c. ¶ Itē si forma ſm quā est motus
maneret vna numero per totū tpus: sequeret q̄ forma q̄ T.c.73.
inueniret in mobili terminato motu esset vigoris infini-
ti: qđ videt ipossibile oīno. Et pbat ꝯña. supponēdo ali
qua. Primo q̄ in quolibet tpe sunt ifinita instātia: ⁊ hoc
habet ex 6° huius. Scđo q̄ in quolibet instanti tpis mē
surantis motū ad formam acquiritur aliquid illi⁹ forme. T.c.15.
sicut in quolibet instanti tēporis mensurātis motū lo ca-
lem ipsuꝫ mobile acquirit ⁊ recipit aliqđ vbi. vt pꝫ in 6°
huius. Tertio q̄ pars forme que acquirit in instanti po T.c.74
steriori est pfectior q̄ illa que acquirit in instanti priori: vt
pars caliditatis que acquirit in posteriori instāti est pfe-
ctior ⁊ maioris vigoris q̄ pars que fuit acquisita in istā-
ti pcedente. ⁊ hoc pꝫ. qꝛ semper in instāti posteriori plus
remotū est de ꝯrio q̄ in pcedenti. ⁊ per ꝯns subm est me
lius dispositū ad illā formā que intendit. ⁊ sic recipit eā
perfectiorē. vt cū ignis alterat aquam corrumpendo ei⁹
frigiditatē: semper in instanti posteriori plus est debilita
ta frigiditas q̄ prius. ⁊ sic aqua calidior est. Illud eni est
albi⁹ qđ est nigro ipermixtius. vt Aristo. dicit in 3° top.
⁊ habet ex isto 5°. Et silr illud est calidius qđ est frigido
ipermixtius. ¶ Tūc arguit. illa forma que includit par
tes infinitas. quarū vna est maioris vigoriꝫ q̄ alia ⁊ per
fectioris: videt esse vigoris infiniti. hec videt esse mani
festa: sed caliditas terminata calefactione includit par-
tes infinitas. qꝛ qua rōne aliqua de partibus pcedentib⁹
manent eadē numero adueniente termino: eadē ratione
⁊ omnes alie: sed ille fuerunt infinite cuꝫ instātia fuerūt
infinita: ⁊ in quolibet instāti acquisita fuit caliditas no-
ua ⁊ pars noua caliditatiꝫ. ergo illa caliditas est ex cali
ditatibus infinitis: ⁊ vna illaꝝ est perfectior alia. vt pro
batum est. ergo illa caliditas erit vigoris infiniti: qđ est
absurdū: ⁊ cōtra Cōmētatorē in 8° huius. ⁊ 2° celi ⁊ mū
di. ⁊ in tractatu de substātia orbis. quare ⁊c. Et idem vi Cō.34.
detur sequi si gradus posterior esset eque perfectus cum
priore: qꝛ saltem totū aggregatū ex priore ⁊ posteriore
erit perfectius ⁊ vigorosius q̄ gradus precedens. Istis
rationibus ⁊ similibus mouent aliqui ad credenduꝫ q̄
forma ſm quā est motus nō manet eadem numero a pn
cipio motus vsqꝫ ad terminū. Alij vero dicunt cōtrariū
⁊ dicunt aliqui q̄ omnes partes caliditatis que acquirū
tur in instantibus tēporis mensurantis calefactionē ma
nent eedem numero adueniente termino calefactionis:
similiter aūt ⁊ in alijs motibus ſꝫ formā: ita q̄ pars ca-

liditatis p̄cedens non corrumpit adueniēte priori: sed
manet. Et hoc ipsi ꝓbāt. p̄mo sic. partes rei p̄manētis. s.
nō successiue per se debent manere perfecta illa re ⁊ exi-
stente in actu: vel saltē nō opꝫ necessario eas corrumpi:
sed partes forme p̄cedentes terminū motus sunt partes
perfectionis: ad quā tendit mot⁹ donec perficiat ⁊ sit in
actu: sm̄ Cōmen. in 3° huius. vbi plane dicit ꝙ mot⁹ vno
Cō.4. mō est generatio vni⁹ partis post aliā partē illius perfe
ctionis. Et cōstat ꝙ perfectio ad quā tēdit mot⁹ est res
permanens: ita ꝙ nō est per se ⁊ essentialiter ens successi
uum: vt etiā manifestū est. ergo huius p̄tes possunt ma-
nere illa perfectione acquisita ⁊ existēte in actu: ⁊ nō oꝫ
eas esse corruptas cū hmōi p̄fectio ē in actu. ¶ Et si qs
instet cōtra istā rōnem ꝙ terminus oꝫ esse indiuisibilis:
perfectio aūt ad quā tendit motus est terminus motus.
ergo oꝫ esse indiuisibilis. ⁊ sic ille partes nō sunt p̄tes il-
lius perfectionis. quare non valet illa rō. Diceret ꝙ illa
perfectio ad quā tēdit motus non est terminus mot⁹ sm̄
se totam: sed rōne sue partis vltime: ⁊ illa bene est indiui
sibilis: sed sm̄ se totam nō est indiuisibilis: imo hꝫ par-
tes quarū vna generat post aliā donec sit cōpleta: ⁊ oēs
ille partes remanent terminato motu. quare ⁊c̄. ¶ Item
alia ratio est ad idē satis difficilis supponendo ꝙ oē cor
ruptū qd̄ natū est manere aliquo toto tempore incepit
p̄mo nō esse in aliquo istāti ante qd̄ nō erat ens tale illa
nō entitate quā accipit per corruptionē: sicut etiā omne
tale generatū incepit primo esse in aliquo instāti ante qd̄
nō fuit ens illa entitate. vt pꝫ. 8. hui⁹. Secūdo suppono
ꝙ quelibet pars illi⁹ perfectionis nata est durare aliquo
toto tēpore. qꝛ oēs sunt eiusdē speciei specialissime: ⁊ cō
stat ꝙ vna ipsaꝝ nata est manere. s. illa que terminat mo
tum. Et ad quālibꝫ ipsarū pōt terminari mot⁹. ¶ Tūc
arguit. si pars forme acquisita in aliquo instanti ante ter
minū motus est corrupta adueniente illa parte ⁊ nō ma
net eadem nūero: aut fuit corrupta in illo eodem īstanti
in quo fuit generata: aut in alio instanti. Nō est dicendū
ꝙ in eodē instanti. qꝛ sic simul esset ⁊ nō eēt: qd̄ est oppo
situm p̄me dignitatis. Si dicat ꝙ in quodā alio instanti
incepit nō esse: tunc cū inter duo instantia semꝑ sit tēpus
mediū. vt pꝫ in 6° huius. ⁊ in quolibet tēpore est instās.
T.cō.3. Querit vtrum illa pars forme sit ens in toto illo tēpore
medio: aut nō ens. Si manet ens per totū illud t̄ps me-
dium habet ꝓpositū. qꝛ cum in illo tempore medio fiat
motus sm̄ formā illaꝫ: opꝫ ꝙ in quolibet instanti illi⁹ tē
poris acquirat aliqua pars illi⁹ forme: ⁊ sic illa pars de
qua loquimur erit simul cū oībus illis partibus: ⁊ eadē
rōne poterit esse simul cū omnibus aliis sequentibus: si
aūt illa pars forme poneret eē nō ens in toto illo tēpo-
re medio: sequeret ꝙ illō instās qd̄ ponebat p̄mū instās
non entitatis illius partis nō est p̄mū instās sue non enti
tatis: qꝛ in tēpore illo medio sunt instantia p̄cedentia in
quorū quolibet esset nō ens. ⁊ sic illud qd̄ ponebat istās
in quo illa pars fuit nō ens: nō erit p̄mū instans vt dictū
est: qd̄ est cōtradictio manifesta. quare ⁊c̄. ¶ Item si par
tes forme p̄cedentes terminū motus nō manerent adue
niente termino motus: tunc exn̄s in subo terminato mo
tu nō haberet partes simul exn̄tes. quaꝝ vna posset cor
rumpi remanente alia: sed hoc est falsum. quare ⁊ p̄mū.
Falsitas cōsequentie pꝫ. qꝛ ponamus ꝙ ex aere generet
aqua: ita ꝙ acquirat frigiditas aque in materia aeris: ⁊
iterū ignis agat in illā aquā: manifestū est ꝙ nō corrum-
pet statim totaꝫ illam frigiditatē: imo corrupta vna par
te frigiditatis existētis in aqua in qua tota agit ignis: ad
huc remanebit aliqua frigiditas in illa eadem parte aq̄.
⁊ ɔn̄a videt esse euidens: postq̄ enim partes frigiditatis
p̄cedentes gn̄ationē aque ⁊ frigiditatis aque nō remane
rent adueniente termino illius frigefactionis: videretur
necessario ꝙ illa frigiditas nullas partes haberet: qua-
rū vna posset corrūpi altera remanēte. ¶ Et cōfirmat
ratio. ponamus ꝙ ignis appropiquet aque generate ex
aere: ⁊ accipiamus illam partē aque in quā totā agit ipse
ignis. Quero vtrū in p̄mo instanti quo ille ignis appro-
pinq̄tus est illi parti aque: destruat tota frigiditas illius
partis aque aut non: sed pars aliqua alia remanēte. Si
diceret p̄mo mō hoc videt absurdum. Nam si in illo in-
stanti destrueret tota frigiditas illius partis aque: tunc
in illo eodem instāti illa pars esset calida in sūmo calidi
tate ignis p̄sente agente in ipsam: ⁊ sic in mā illius partis
aque fieret forma substātialis ignis nō p̄cedente aliqua
alteratione continua. qd̄ videt ipossibile: sm̄ Cōmen. in Cō.62.
p̄mo huius. vbi vult ꝙ generatio necessario est termin⁹
alterationis. quare ⁊c̄. Si vero cōcedat ꝙ ipse ignis ap
propinquatus parti aque in quā totā simul incipit agere
non corrumpit totā eius frigiditatē simul. s. in p̄mo instā
ti sue appropinquationis: sed aliquā partem corrumpit
alia remanente: tūc illa frigiditas habebat partes simul
existētes ⁊ ille nō vident alie eē nisi que fuerint acquisite
in tēpore precedente terminū motus illius infrigidatio
nis. ¶ Et cōfirmat rō. qꝛ cum actio ignis in aquā sit no
ua: opꝫ ꝙ in aliquo instanti p̄mo inceperit corrūpere fri
giditatem ⁊ inducere caliditatē: ⁊ sic idē qd̄ prius. Sed
diceret cauillator. ꝙ q̄uis partes forme p̄cedentes ter-
minū motus nō maneant adueniente termino ad queꝫ:
tamen in instanti in quo terminat motus acquisite sunt
partes cōsimiles illis: ⁊ sic iterū ista forma pōt corrum-
pi successiue. Sed istud nō videt sufficiens: qꝛ nō est rō:
quare oporteat partes p̄cedentes corrumpi: si similes in
termino motus generant. ¶ Item eadem inconuenien-
tia sequerent que aliꝗ dicebant sequi si partes precedētes
remanerent. s. ꝙ forma illa esset vigoris infiniti: ⁊ ꝙ es-
sent simul in eodem sm̄ esse magis perfectum ⁊ minus
perfectuꝫ. vt pꝫ consideranti. ⁊ sic ille rationes eorum nō
valebant ad propositū. Si quis igitur propter istas ra
tiones ⁊ consimiles vellet tenere istam viaꝫ: tunc posset
respondere ad rationes alterius opinionis.

Ad primam diceret. ꝙ nō ē simile de diuersis
vbi ⁊ diuersis partib⁹ forme. Nā
vbi non solū causat a motore mouente localiter: sed de-
pendet aliqualiter a loco circūscribente mobili. vbi enī
sm̄ auctorem sex p̄ncipiorum est circūscriptio corporis
ex loci circūscriptione procedens. ⁊ qꝛ nō est vnus locus
numero quem occupat mobile per totū tempus motus:
imo in alio ⁊ in alio instanti est in alio ⁊ in alio spacio si
bi equali. vt pꝫ in 6° huius. idō non manet idem vbi ꝑ to-
tum tempus motus: sed forma sm̄ quā est mot⁹ sufficien
ter est ab ipso alterāte quod manet vnum ⁊ idem nume-
ro: ⁊ ideo forma pōt manere vna numero per totū tem-
pus motus. quare ⁊c̄. Uel diceretur ꝙ bene pōt manere
vnum ⁊ idem vbi per aliquod tempus motus localis. s.
illud vbi qd̄ non habet cōtrarietatem ad vbi terminans
motuꝫ. ¶ Et si dicat ꝙ mobile non est in eodē loco per
aliqd̄ tempus dum mouetur localiter: cōcedo: sed nō se-
quitur ꝙ non maneat in eodē vbi: qꝛ ipsum vbi nō depē
det a loco nisi in fieri ⁊ non in cōseruari. Unde cum mo
bile recessit ab aliquo nō est remotū quin remaneat vbi:
qd̄ processit ex circūscriptione illius loci: dum modo nō
adueniat vbi cōtrariū ⁊ corruptiuum. verbi gratia. dū
aliquid mouet in loco aeris vnum illorū vbi: que acqui-
ritur non videt esse contrariū alteri vbi: ⁊ ideo aduenie
te posteriori potest remanere precedens: dato ꝙ mobile

fit in alio loco ꝙ prius. ¶ Ad Aliā rōnē cū dicit. q2 tūc eadem forma simul esset ⁊c̄. dico ꝙ aliquam formam eē in aliquo subiecto sub esse minus perfecto pōt intelligi dupliciter. Uno mō ꝙ ipm esse minus perfectū fit cū priuatione esse perfectioris: ⁊ hoc bene est ipossibile cū esse perfectiori: q2 priuatio ⁊ habitus nō sunt simul in eodez subiecto ſm idem. Alio mō pōt intelligi ꝙ ipz eē minus perfectū nō fit cū priuatione esse perfectioris: ⁊ sic nullam est ipossibile. sic aūt est in ꝓposito. q̄re ⁊c̄. Uel diceretur ꝙ oēs illi gradus sunt eque perfecti cōparati adinuicez: lʒ ex eis cōstituat vnū perfecti⁹ quolibet illoꝝ ſm se: ꝙ aūt vnus illoꝝ graduū nō sit perfectior alio videt. quia tunc differrent ſm spēm cū differrent per se: nisi dicatur ꝙ illa diuersitas perfectionis est accidētalis: eo. s. ꝙ subiectū posterius ē magis dispositū ꝙ prius. ¶ Ad aliā posset dici ꝙ ille partes remanerent aliquo mō diuerse numero: ita ꝙ nō sunt penit⁹ vna forma numero. Et cuʒ dicit. ꝙ tunc duo accidentia ⁊c̄. Pōt dici ꝙ duo accidentia absoluta eiusdem speciei ⁊ eque perfecta: vt quorum vnū nō est dispositio ad alterū non possunt simul esse in eodez subiecto. vt due albedines equaliter intense ⁊ perfecte: sed si vnū sit magis perfectuʒ ⁊ alterū minus perfectum ⁊ vnū sit dispositio quodāmō ad alterū: nō est icōueniens talia duo simul esse in eodē subiecto. ⁊ sic est in proposito. Nam semꝑ pars forme que prius acquirit est minus perfecta: ⁊ pars que posteri⁹ acquirit est magis pfecta: ⁊ p̄cedens disponit aliqualiter ad sequentē: ⁊ io possunt bene esse simul in eodē subiecto. Et si teneret ꝙ omnes illi gradus sunt eque perfecti cōparati adinuicē: tūc posset aliter responderi: ꝙ illud est verū de accidentib⁹ per se iexistentibus subiecto a p̄ncipio vel ab eterno: sed de accidentibus aduenticijs que adueniunt subiecto post suū esse cōpletū nullū est inconueniēs ꝙ plura talia sint simul in vno subiecto. Uel posset teneri ꝙ oēs ille partes cōstituūt vnū numero. Et cū dicit ꝙ generant diuersis generationibus: q2 in diuersis instantibus. Dicendū ꝙ hoc nō sufficit ad diuersas generationes: sed requiritur diuersitas subiecti vel interruptio trāsmutationis. ¶ Ad aliaʒ negāda est ↄña. Et cū dicit ꝙ illud dicitur quiescere ⁊c̄. Dico ꝙ mobile manere sub eadez forma per aliqd̄ tp̄s contingit dupliciter. Uno mō ꝙ nullam aliā partē illius forme acquirat ⁊ sic quiesceret. Alio mō ꝙ simul manens sub illa parte forme acquirat aliam partē forme vel alias: ⁊ sic nō opʒ ꝙ quiescat. q2 nō oino se hʒ nūc ⁊ prius eodez modo. ⁊ sic est in proposito. Nā semper in alio ⁊ in alio instanti tēporis mensurantis motū ad formā ipm mobile acquirit aliā ⁊ aliam partē forme: nō tamē manet per aliqd̄ tp̄us sub aliqua parte illius forme p̄cise. quare ⁊c̄. ¶ Ad aliā negāda est ↄña. Et cuʒ dicit. Illa forma que hʒ ptes infinitas ⁊c̄. Dico ꝙ veruʒ esset: si ille ptes eēnt in ipso actu simpliciter: sed si sunt in potētia: nō oʒ. sic āt est in ꝓposito. Naʒ adueniente termino ad queʒ ille partes non sunt in illa forma simplr in actu: sed in potentia aliquo modo. Et est simile sicut de linea. nā in linea sunt partes infinite eiusdē proportionis: ⁊ nō t sequit pp hoc ꝙ linea sit infinita simplr ſm extensionē. Et intelligo illas partes nō eē in ipsa forma vel in subiecto in actu simpliciter: q2 quelibet caꝝ est sic iperfecta ꝙ subim nō posset esse sub aliqua ipsaꝝ seorsum ⁊ diuisim ab alijs. vnde sicut in corpore naturali sunt partes quātitatiue excellētis paruitatis: que seorsum ⁊ diuisim nō possent existere sub forma totius: sed resoluerent in cōtinēs si separarentur a toto vt dictū est in p̄mo: ⁊ istarū partiū infinitas nō arguit magnitudinē infinitam in actu vt manifestum est cōsimiliter est in ꝓposito suo modo. ¶ Ad rationē adductam in p̄ncipio cum dicit illud qd̄ consistit in ↄtinuo fluxu ⁊c̄. Uerū est: nō est vnum ⁊ idem numero: ita ꝙ nihil acquiratur in tempore illo: sed potest manere vnū ⁊ idem numero acquirendo aliud ⁊ aliud: ⁊ sic est in ꝓposito. Nam pars forme precedens nō manet sic eadez numero ꝙ nihil acquirat in mobili: immo semper acquiritur aliud ⁊ aliud durante motu: ⁊ ideo nō valet. hec aūt ad presens dicta sint per modū inquisitionis tanꝙ ꝓbabilia. Sed quid sit tenendū de questione nō omnino certitudinaliter mihi apparet ad presens

¶ Est autem qui quidez ex contrario. A. qui est in contrarium non contrarius ⁊c̄. Textu commenti. XLVII. Questio. X.

c Onsequenter queri potest circa caplm̄ de cōtrarietate motuuʒ. Et primo querat. Utruʒ motus qui sunt ex cōtrarijs terminis sint cōtrarij. ¶ Arguit p̄mo ꝙ sic. Quia mot⁹ eandem videntur hr̄e habitudinem ad terminū ad quem ⁊ ad terminuʒ a quo ⁊ econuerso. Sed mot⁹ q̄ sunt ad cōtrarios terminos sunt cōtrarij ſm Ar. in lr̄a. ergo ⁊c̄. T.c.48

¶ Item illi motus qui nō possunt esse simul in eodem subiecto sunt cōtrarij. hec videt māifesta: sʒ motus qui sunt ex terminis cōtrarijs non possunt esse simul in eodē subiecto vt manifestū est. Non enīʒ cōtingit aliquid simul moueri ex sanitate ⁊ ex egritudine. silr aūt ⁊ i alijs. quare ⁊c̄. ¶ Item mot⁹ qui sunt ad terminos contrarios sunt ↄrij: ſm Ar. in lr̄a. Sed motus qui sunt ex ↄrijs terminis sunt ad termios cōtrarios vt sanatio que est ex egritudine est ad sanitatem: ⁊ egrotatio que est ex sanitate est ad egritudinē. quare ⁊c̄. T.c.48

¶ Oppositum vult Aristo. in littera.

Ad questionem possunt breuiter dici tria. Primo ꝙ mot⁹ q̄ sunt ad termios ↄrios sunt cōtrarij. Scd̄o ꝙ nō oēs mot⁹ qui incipiunt a terminis ↄrijs sunt ↄrij. Tertio ꝙ ↄtingit aliquos tales motus esse ↄrios. ¶ Primū ostendit. q2 cōtrarietas motuū oʒ sumi ex ↄrietate illoꝝ cū quibus illi motus sunt idē essentialiter. hec est manifesta per se: sed motus qui sunt ad terminos ↄrios sunt idē essentialiter cū illis terminis. vt pʒ ex 3° hui⁹. ergo ⁊c̄. Uel pōt argui sic. Illi mot⁹ sunt ↄrij qui sunt idem essentialr cuʒ ↄrijs. hec est manifesta. Sed motus q̄ sunt ad terminos ↄrios sunt idē essentialr cū ↄrijs: q2 sunt idē essentialr cuʒ illis terminis vt dictū est. g̃ ⁊c̄. ¶ Itē Aristo. sic ꝓbat. mot⁹ ad albedinē aut ↄriat motui ad nigredinez aut motui q̄ est a nigredine per sufficientē diuisionē: sed nō est ↄrius motui qui est a nigredine: q2 sic idē esset ↄrium sibiipsi cū idem motus qui est ad albedinē incipiat a nigredine. q̄re relinquit ꝙ motus qui est ad albedinē est contrarius illi motui qui est ad nigredinem: ⁊ simile est iudicium de alijs motibus qui sunt ad ↄrios termios. q̄re ⁊c̄. ¶ Secundū declarat. q2 illi motus qui sunt ad idem ſm spēm non sunt contrarij. hec est manifesta: sed motus qui incipiunt a ↄrijs terminis aliquando terminantur ad idem ſm speciem: sicut motus qui incipit ab albo pōt terminari ad nigredinez ad idem scd̄m spēm: sicut motus qui incipit a rubeo potest termiari ad nigredinē: ⁊ similiter motus qui incipit a nigro ⁊ ab albo potest etiam terminari ad rubedinez. Et motus qui incipit a caliditate potest terminari ad tepiditatem: ⁊ motus qui incipit a frigiditate similiter. quare ⁊c̄. ¶ Tertiuʒ apparet. q2 illi motus qui sunt ad terminos ↄrios sunt ↄrij ſm ꝙ ꝓbatum est prius. Sed motus qui incipiunt a contrarijs terminis aliquādo terminantur ad ↄrios terminos: vt mo T.c.47 T.c.49

tus qui incipit a sanitate.s.egritudo terminat ad egritu
dinē.ꝛ mot⁹ qui incipit ab egritudie.s.sanatio terminā-
tur ad sanitatē.quare ꝛc̄. Sed notandū ꝙ q̄uis aliquā
do motus qui incipiūt a ꝯtrarijs sunt ꝯtrarij:tñ cōtra-
rietas eorum non prouenit ex terminis a quibus sed ex
terminis ad quos ratione precinducta.

Ad primaz rōnem dicendum ꝙ nō est eadem
habitudo mot⁹ ad terminū a quo
ꝛ ad terminum ad quē:qꝛ motus est eiusdem essentie cū
termino ad quē sꝫ nō cū termio a quo.vt pꝫ in.3.¶ Ad
scdāꝫ pōt negari maior qꝛ duo indiuidua eiusdēꝫ speciei
absoluta ꝛ equaliter pfecta nō possunt simul esse:vt due
albedines:ꝛ tñ nullā habēt contrarietatem adinuicem.
ꝛ ideo non valet.¶ Ad tertiam patet ex predictis.

¶ Quoniā aūt motui nō solum videtur esse mo
tus contrarius sed ꝛ quies:determinanduꝫ est.
simpliciter quidē ꝯtrari⁹ est motus motui.op-
ponitur autem ꝛ quies. priuatio enim est.Te
xtu cōment.LIII. Questio. XI.

Onsequēter querit vtrū quies sit contraria
motui.Videt ꝙ non.qꝛ tunc vnū ꝛ ideꝫ cō-
trariaret pluribus:qd̓ videt incōueniēs:vt
pꝫ ex.io.meta.Et pbatur ꝯñtia.qꝛ vn⁹ mo-
tus est ꝯtrarius alteri.g̊ si mot⁹ est ꝯtrarius
T.c.14. quieti sequit ꝙ dictū est.¶ Iteꝫ vtrūqꝫ ꝯtrarioꝝ est ali
T.c.53. quid positiuū:vt pꝫ ex.io.metaph.sed quies nō est aliq̇d
positiuū:qꝛ quies est puatio mot⁹:vt pꝫ in isto.5.¶ Itē
si sic tunc omne qd̓ quiescit aliqñ mouet:qd̓ videt īpossi
bile:qꝛ intellꝰ q̇escit.ꝛ tñ intellꝰ nunq̄ mouet:qꝛ oē qd̓
T.c.32. mouet est corpus:vt pꝫ in.6.hui⁹.ꝛ intellꝰ nō est corp⁹:
T.c.4. vt pꝫ.3.de aia.Qꝫ aūt intellꝰ quiescat.pbat.qꝛ se hꝫ nūc
T.c.32. eodē mō sicut ꝛ pus:ꝛ hoc est quiescere:vt habet ex.6.
hui⁹.ꝛ pbat ꝯña.qꝛ ꝯtraria nata sunt fieri circa ideꝫ:vt
pꝫ in pdicamentis:si igit motus ꝛ quies essent cōtraria:
tunc omne qd̓ quiescit aliquando moueret.quare ꝛc̄.
T.c.53. ¶ Oppositum vult Aristo.

Et intelligendum ꝙ cōtrarietas vno
mō accipit large ꝛ
iproprie.p oppōne iter puationē ꝛ habitū.Alio mō p-
prie.p repugnātia duaꝝ formaꝝ eiusdē gñis succedētiū
in eodē subo. Primo mō quies ꝯtrariat motui:qꝛ pua-
tio ꝯtrariat habitui hoc mō ꝯtrarietatis:sꝫ quies ē pua
tio mot⁹ cū sit negatio motus in subo apto nato.q̄re ꝛc̄.
2⁹ mō quies non ꝯtrariat motui:qꝛ sicut dicebat vtrūqꝫ
T.c.17. ꝯtrarioꝝ debꝫ eē aliq̇d positiuū:vt satis pꝫ ex.io.meta.
sed quies non est quid positiuum.quare ꝛc̄.

Ad primā rōnem dico ꝙ vnū non est ꝯtrarium
nisi vni eodē modo cōtrarietatis:ꝛ
precipue ꝯtrarietate pprie ꝛ pfectissima:sꝫ diuersis mo-
dis nihil est incōueniēs vnū esse ꝯtrariū multis:vt vnuꝫ
extremū ꝯtrariat alteri ꝯtrarietate pfecta ꝛ ꝯtrariatur
medio ꝯtrarietate dīminuta. Et silr motus ꝯtrariat mo
tui ꝯtrarietate pp̄e dicta:sed ꝯtrariat quieti extenso no
mine ꝯrietatis ad oppōneꝫ puationis ꝛ habit⁹.q̄re ꝛc̄.
¶ Ad aliā pꝫ ex dictis.¶ Ad aliā pōt dici ꝙ intellect⁹
pprie non quiescit. Et cū dicit ꝙ illud quiescit qd̓ eodeꝫ
modo ꝛc̄.veꝝ est si sit aptū natū moueri:sꝫ si nō sit aptū
natū moueri nō opꝫ:ꝛ sic est in pposito:qꝛ intellꝰ habēs
T.c.18. tis actu ⁊ moti eſt vnus actus. ſ. motus. vt pz 3° phyſi. ⁊ iſte actus ſiue ſit in tempore vt motus continu⁹ ſiue ſit in inſtanti: vt indiuiſibilis mutatio nō poteſt eſſe niſi ſit mouens actu ⁊ motū actu: vt manifeſtū eſt cuilibz intelligenti: motus eniz non ſolum eſt motus a motore ⁊ cōſeruatur: ſz ſimilr motus eſt actus mobilis: ideo nō pōt eſſe niſi ſit mouens ⁊ motū. ergo mouēs ⁊ motū ſunt in illo tēpore vel in inſtanti in quo eſt motus. ergo ſunt ſimul tēpore. Uel formet ratio ſic ⁊ melius. Illa que ſunt in eodē tēpore vel in inſtanti ſunt ſimul tēpore. hec eſt manifeſta: ſed mouens ⁊ motū ſm actū ſunt hmōi. Cnz eniz motus vnus ſit in vno tpe vel in inſtāti: ⁊ mot⁹ nō pōt eſſe niſi ſit mouēs ⁊ mobile: manifeſtuz eſt ꝙ in eodem tēpore vel in inſtanti in quo eſt motus ⁊ mouēs ⁊ mobile. ergo rc̄. ¶ Itē aut mouēs ⁊ mobile ſunt ſimul: aut mouēs eſt in aliquo tēpore in quo nō ē mobile: aut ecōuerſo. Si pmo mō dicat hoc ē qḋ volo. Si dicatur ſecundo modo. ſ. ꝙ mouens actu eſt in aliquo tēpore in quo nō eſt mobile. ſequit ꝙ motus ſit ſine mobili: qḋ eſt impoſſibile: qꝛ nō poteſt eſſe mouēs actu niſi ſit mot⁹: ⁊ ſeqtur neceſſario ꝙ motus eſſet ſine mobili: qḋ eſt ipoſſibile: qꝛ motus eſt actus mobilis: inq̄tū mobile ⁊ hmōi ergo rc̄. Secundo dico ꝙ mouens ⁊ mobile ꝓpinquū nō vniuerſaliter ſunt ſimul: ſz locum ſecundo mō eſſendi ſimul. ſ. ꝙ ſit i vno loco ꝓprio: qꝛ duo corpora nō poſ-
T.cō.9. ſunt ſimul eſſe in eodē loco. 4° huius. ſed mouens ꝓpinquū ⁊ motū aliquādo ſunt duo corpora: vt manifeſtū eſt ad ſenſuz. quare rc̄. Tertio dico ꝙ omne mouēs propinquū eſt ſimul cū mobili tertio modo ſimultatis. Dico in motu locali. qꝛ omne qḋ mouet localiter vel mouet ab alio vel a ſeipſo: ſz in mobilibus talibus mouēs ꝓpinquum eſt ſimul cuz moto iſto modo. ergo rc̄. Maior pz per diuiſionē ſufficiētez. Et minor apparet. pmo quidem ꝙ in motu quo aliquid mouet a ſeipſo mouēs ſit ſimul cum moto manifeſtū eſt: qꝛ ibi tale mouens eſt anima ⁊ motū eſt corpus ſm Cōmētatorē: anima autē ſimul eſt in corpore: ita ꝙ nullū eſt mediū inter ipſa neq; plenū neq; vacuū. Et vt magis vniuerſaliter dicam⁹. In omni moto ex ſe mouēs eſt intrinſecū aliquo modo qḋ non eſſet ſi inter ipſa eſſet aliqḋ medium ſiue plenuz ſiue vacuum. In illis autē motibus mouens eſt ſimul cuz moto. ſ. impulſione ⁊ tractione rc̄. non eniz aliquid ipelleret aliud a ſe ad aliud niſi eēt ei appropinquatū ⁊ tangens ipm aliquo modo. Dico tanq̄ pellens ꝓpinquū. ſimiliter in tractu: nunq̄ eniz aliquid moueret aliud ad ſe vel ad aliud quaſi ad ſe tanq̄ mouens propinquū niſi eſſet cōtiguuz: vt homo per manū ſuaz nō traheret aliquid ad ſe niſi manus aliquo modo tangeret ipm: ⁊ ſic in motu pulſionis ⁊ tractionis mouens ꝓpinquū ſimul eſt cuz moto. Uertigo autē cōpoſita eſt ex iſtis duob⁹. Unde idez iudiciū eſt de ea ⁊ de iſtis quātū ad hoc. Uectio autē eſt motus quo aliquid mouet per accidens. ſ. ad motum alterius: qḋ quidem alterum mouetur vel pulſione vel tractione vel vertigine. Unde ſi in illis motuz eſt ſimul cū mouente ⁊ econuerſo: ⁊ in iſto. quare rc̄. De mouente autē remoto dicunt aliqui ꝙ vniuerſaliter nō eſt ſimul cum moto: qꝛ inter ipm ⁊ motum eſt aliqḋ mediuz. ⁊ ſi hoc intelligit de mouēte remoto corporeo: tunc eſt verum ꝙ inter ipſum ⁊ ſuuz mobile bene eſt corpus mediū: vt inter celū ⁊ terram ⁊ hmōi. Si vero intelligitur de mouente remoto incorporeo: tūc ſine dubio inter ipſuz ⁊ mobile nō eſt ꝓpe aliqḋ corpus mediū: qꝛ corpus nō eſt mediū niſi inter corpa cum ſola corpora occupēt locū: ſed bene etiā inter ipſuz pmū mouens remotū incorporeū ⁊ ſuum motuz eſt alius motor medius qui eſt ꝓpinquior in natura ipſi mobili q̄ ſic mouēs remotuz.

Circa dicta ſunt dubitatiōes quedaz. Prima eſt de motu ꝓiectiōis q̄ eſt quedam ſpecies pulſionis. ſ. expulſio: qꝛ ibi manifeſte videt ꝙ mouens ⁊ motū nō ſunt ſimul: qꝛ cū hō proijcit lapidem manu ſua vel cū aliquo inſtrumēto: vt cū arcus ꝓijcit ſagittā: aut alio hmōi. manifeſtū ē ꝙ ipſuz ꝓiciēs nō ē ſimul cū mobili proiecto: niſi ſolū ante pncipiū mot⁹: nō eniz inſequit ipm proiectū vſq; ad finē motus. vt pz ad ſenſum. q̄re rc̄. ¶ Item ſenſibiliter apparet ꝙ qdaz lapis qui dicit magnes attrahit ferrū de lōginqua diſtātia: ⁊ nō eſt ibi ſimul lapis cū ferro. q̄re rc̄. ¶ Itē aliud eſt dubiū. qꝛ Ariſ. in 2° de aia. in caplo de tāgibili. oſten- T.c.liij. dit ꝙ inter duo corpora ſolida ideſt firma ⁊ fixa exiſtentia in aere vel in aqua: oz eē neceſſario aerē mediū aut aquā. Ponamus igit ꝙ homo manib⁹ ſuis attrahit ad ſe aliqḋ aliud corpus: vt lapidē aut nauē: opz inter illa corpora eſſe aerē mediū: ⁊ ſic nō ſunt ſimul: cū illa ſolū dicant ſimul eſſe: quoꝝ nullū eſt mediū nec plenum nec vacuū vt dictū eſt. Nec eſt dicendū ꝙ ille aer intereceptus inter manus ⁊ nauez vel lapidē vel lignū ſit trahēs propinquū ipſi⁹ lapidis aut ligni. Ridiculū. n. videret eē: ꝙ ita puū corp⁹ ⁊ inſenſibile vel q̄ſi traheret vnū ita magnū corp⁹ ⁊ tā graue ſicū eſt lapis aut ferrū aut lignuz. q̄ videt ꝙ in motu tractus mouens nō eſt ſimul cū moto. ¶ Ad pmū iſtoꝝ dico breuiter ꝙ in motu ꝓiectionis lz pmū proijciens vt manus aut arcus nō ſit ſimul cū moto proiecto: tñ mouens ꝓpinquum ſemꝑ eſt ibi ſimul: qꝛ motus proiectionis ſm Ariſ. in 8° huius. ſit hoc mō ꝙ T.c.85 ipm pmū proijciēs vt arcus aut manus mouet ipz proiectum: ⁊ ſimul cū eo mouet aliquā partē medij. ſ. aeris vel aque: ⁊ illa ſic mota tenet virtutē mouendi ceſſante pmo proijciente. In corporib⁹ enim talibus intermināatis. ſ. in aere ⁊ aqua pōt cōtingere ꝙ recipiunt virtutem mouēdi poſtq̄ fuerint mota ceſſante motu pmi. vt dicit ibi Ariſt. ⁊ Cōmētator: ⁊ tunc illa pars ſic habēs virtutē mouendi adhuc mouet lapidē ⁊ quādā aliā partē cū hoc dādo illi alteri parti virtutē mouēdi: ⁊ illa mouet lapidem: ⁊ cū hoc quandā aliā partez. ⁊ ſic cōſequēter. Et ſemper pars poſterior recipit virtutez mouēdi debiliorem ꝙ prior: ⁊ ſic tandē peruenit ad partē aeris que mouet a precedente: ſed nullā hz virtutē mouēdi proiectum nec aliaz partē: ⁊ tunc ceſſat motus proiectiōis: ⁊ lapis ſm nām ſuam deſcendit deorſum. ⁊ ſic pz ꝙ in motu proiectiōis mouēs ꝓpinquū eſt ſimul cū moto. Mouens vero pmū. ſ. pmū proijciens nō eſt ſimul per totuz illum motuz: ⁊ de iſto dixit Cōmētator ꝙ ipſuz mouēs mouet proiectum non quia tāgit: ſed qꝛ tetigit. Et quāuis aer ſit vnigenitum corpus: ⁊ ſimiliter aqua: tñ nō eſt impoſſibile ꝙ vna pars recipiat prius aliquā vtutē mouendi q̄ alia: ⁊ per illā virtutez receptaz mouebit aliā.

τ sic semper, vsq3 ad aliquā partem que recipiet virtutē ita debilem φ nō dabit alteri virtutē mouēdi: sed soluz mouebit illam. Utrū aūt iste motus ꝓiectionis sit cōtinuus: bona difficultas est: sed h3 locū in 8° huius. τ hic nō. Et etiā bene est difficile qd sit illa virt⁹ motiua quaz retinet pars aeris cessante p̄mo ꝓiiciente. τ sic de alijs: τ ō hoc alibi. ℭ Ad aliō dicit Cōmētator φ attractio dicit̄ dupliciter. Quedā eniz est attractio in qua trahēs mouet cū ipo tracto: τ hec est attractio vera de q̄ Ar. hic loquitur τ i ista semper opoztet φ trahēs ꝓpinquū sit simul cū tracto. Alia est attractio equiuoce vel īpro ppie dicta in qua ipm trahens. cuz trahit nō mouet motu locali: sed quiescit: vt magnes attrahit ferꝝ. τ hec qdem attractio nō est ꝓpzie attractio de qua Ar. loquitur. Nā attractio est mot⁹ ab alio τ nō a se: modo cum magnes trahit ferrū ip3 ferrū quodāmō mouet seipsuz ad magnetē. vt dicit Cōmē. qd ipe declarat. q2 ferrū nō mouetur ad magnetē nisi acquisiuerit ab ipso aliquā q̄litatem quā non habebat pri⁹: τ hui⁹ signū est: q2 cum magnes fricatur ab alio non mouet ferruz ad ipsam. τ hoc non videt̄ esse ꝓpter aliud: nisi q2 per ipsaz fricationem impeditur ab alteratiōe aeris. Et signuz est: q2 ferrū nō mouetur ad magnetē nisi fuerit in aliqua debita distantia non nimis magna. Et hec oīa significāt φ lapis confert virtutē ferro aliquā qua mouet seipsuz ad magnetem: τ sic ille motus non ꝓprie est ab alio corpore localiter mouēte ipsuz imediate: τ idem resumit Cōmenta. in 8° huius. quare nō valet illa instātia. Tertiū vero est mihi difficile aliquātulū: sed mihi fere sufficit id mouisse. posteriores inquisitiones inueniāt. Dicerent aliquis φ ille aer qui est medius inter duo corpora solida quoruz vnū trahit alterū vel pellit: ille dico ē aer trahēs ꝓpinquum illius corporis: aut etiā pellēs ipm. Et tu dicis: h est ridiculum: φ tam paruū corpus moueat ita magnū corpus sicut est ferrū aut lignū: diceret φ hmōi corpus ꝯuis sit paruū quātitate: tñ est magnū h3 virtutē cum motū est ab alio fortis virtutis. Et hoc ē videre in motu terre: vbi fm Ar. in 3° metheoroꝝ. spirit⁹ intercept⁹ infra terram paruus existēs respectu terre mouet vnaz magnā partē terre τ multū grauē. τ similiter ō alijs corporibus subtilib⁹. ℭ Aliter dicunt aliq̄ φ intētio Ar. fuit inter mouēs τ mobile non esse aliqd mediū notabilis τ manifeste quātitatis: tñ bene cōcederet ibi esse medium imediatū τ insensibile quasi ꝓpter paruitatez aut cū difficultate sensibile. ℭ Aliter dici pōt τ forte meli⁹: φ inter mouens ꝓpinquū τ ipsum motū nō est medium per se τ necessario requisitū ad motū: sed tñ pōt ibi esse mediū qd non est necessario requisitū ex parte mot⁹: s3 cōcurrit ꝓpter aliā cām. s. q2 duo corpora in aere τ aq̄ non possunt nō esse humectata in suis extremitatib⁹ humiditate aerea aut aquea. τ sic necessario intercipit̄ iter ea aliqua portio aeris aut aque: vt ibi dicit Ar. s3 hoc nō exigit̄ per se ad motū: ita. s. φ sine ipsa non fieret motus: immo sine tali medio eque bene fieret motus localis. Et forte ista est vera solutio.

Ad primam rōnem dico φ remouēs prohibens nō est cā ꝓpinqua motus totius grauis aut leuis: sed cū prohibens est remotum: tunc ipsum graue diuidit mediū τ mouet: τ ipsum medium motum mouet graue: τ illud simul est cum graui: similiter aūt in leui. Utrū aūt graue moueat seipsum pure per accidēs: τ nullo modo per se inquirēdū est in 8° huius. ℭ Ad aliā dico φ motores corporū celestiū nō sunt simul cū ipsis corporibus celestib⁹ isto mō simultatis. s. φ sint in eodē loco ꝓprie cū eis: sicut bene arguebatur. Sed sunt simul sic φ inter eos τ corpora celestia non est aliqd medium quo distent ab eis nec plenuz nec vacuum: τ sic intelligitur. ℭ Ad aliam dico φ celū non mouet ista inferiora nisi sicut mouens remotum τ nō vt propinquū τ propriū: ideo non est contra dicta.

Lō. 85.

T. c. iii.

ℭ At vero neq3 alteri neq3 alterantis nulluz est medium: hoc aūt ex inductione manifestuz. in omnibus enim accidit simul esse alterās quod vltimū est τ primū quod alteratur τc. Textu cōmen. XI.

Questio. V.

Consequēter q̄rit̄. Utꝝ alterans sit simul cū alterato. ℭ Arguit̄ p̄mo φ nō. q2 sol alterat ista iferiora ad caliditatē τ siccitatē vt manifestū ē: τ tñ iste sol nō ē simul cū ipsis inferiorib⁹. q̄re τc. ℭ Itē sensibile alterat sensuz. vt p3. 2. de aīa. Sensibile eniz mouet sensuz τ nō mouet ipm motu locali neq3 motu augmētatiōis aut diminutiōis neq3 motu gn̄atiōnis τ corruptiōis. g̃ relinquit̄ φ motu alteratiōis. S3 sensibile nō est simul cū sensu vt manifestū ē: color. n. cū videt nō est simul cū visu nec tāgibile cū tactu: cū semp sit sibi mediū extraneū inter tāgibile τ tactū fm Ar. in 2° de aīa. g̃ τc. ℭ Itē imaginatio vnius hoīs alterat corpus alterius vt videt manifestū per fascinatiōes quibus vnus hō alterat corpus alteri⁹ τ transmutat imaginationē suā ad aliquā malā dispositionem. vt dicit̄ de quibusdā vetulis maleficiis: sed imaginatio vnius nō est simul cum corpore alterius vt manifestum est. ergo τc. ℭ Oppositum arguitur auctoritate Aristo. in littera.

T. c. 37.
T. c. 51.
T. c. iii.

Intelligendum breuiter φ de alterante distinguēdū ē: quē admodū distinguit̄ de mouēte localiter. s. φ est alterās ꝓpinquū inter qd τ ipm alterabile nō ē aliqd aliud alterās: τ est alterās remotū inter qd τ suū alterabile est aliqd alterans. Intelligēdum est etiā φ duplex ē alteratio. Una est que est permutatio de vna qualitate ad aliā qualitatē cōtrariā: ita φ nō solū acquiritur aliqua qualitas in alterabili: sed etiā remouet̄ vel abijcit̄ qualitas ɔ̄ria inexistens in eo: vt cū ignis calefacit aquā: τ sic in silib⁹: τ hec vocat̄ alteratio ꝓprie dicta. Alia ē que est mutatio ad aliquā qualitatē sine abiectiōe ɔ̄rij p̄existētis in passo: vt corpus luminosuz p̄sente dyaphano ip3 alterat illuminando: nō tñ abijcit aliquā qualitatē p̄existentem ɔ̄riā: q2 lumini nihil ē ɔ̄riū ꝓprie: τ cōsilis alteratio cōtingit in oībus virtutib⁹ aīe cognoscitiuis: aīe dico humane: sicut p3 ex 2° τ 3° de aīa. τ dicit̄ alteratio ī ꝓprie dicta que est salus τ perfectio. Primā etiā vocāt aliqui alterationē corruptiuā. Secūdā vero perfectiuā τ bn̄. ℭ Tunc dicendū φ alterās remotū nō est simul cū alterato: q2 inter ea est aliqd mediū: qd p3 cum ignis calefacit parietez mediante aere. Scdo dico φ alterās ꝓpinquū est simul cū alterato p̄mo mō simultatis φ inter ea nō est mediū aliqd nec plenū nec vacuuz. Et hoc ꝓbat Ari. in littera hac rōne. Omnis alteratio vel est alteratio sensus vel alteratio alicuius rei alterius que nō h3 sensuz. Alteratio aūt que fit in alijs rebus est similis alteratiōi sensus: cū omnis alteratio fiat fm qualitates sensibiles: vt ipse supponit τ post declarabit. Sed alterans ꝓpinquū in alteratione sensus est simul cū alterato: qd p3: q2 sensibile īmutat mediū τ mediū īmutatum immutat sensum. vnde cū ipsum sit simul cū sensu. i. cōtiguum ei sequit̄ intentū. verbi gratia. color īmutat aerē τ aer īmutatus īmutat oculū. similiter autē τ in alijs. fit ergo ratio talis. Omnis alteratio vel ē alteratio sensus

T. c. 57.
T. c. 27.

vel alicuius alterius rei carentis sensu: sed in alteratiõe
sensus τ in alteratione alterius rei: alterãs ꝓpinquũ est
simul cũ alterato in alteratione quidẽ fm sensuꝫ: qꝛ sen
sibile alterat mediũ τ ipm mediũ alteratuꝫ alterat sen-
sum in aliꝭ alterationibus: similr: qꝛ omnis alteratio ẽ
similis alteratiõi sensus: cũ oĩs alteratio fiat fꝫ q̃litates
sensibiles a quibꝰ sensus alterat. Sic põt ordinari ratio
Arist. ¶ Itẽ hoc põt ꝓbari aliter. ponamꝰ ꝙ ignis al-
teret aquã: ita ꝙ ipsa aqua sit imediatũ alteratũ iter qð
τ ignẽ non sit aliqð mediuꝫ alterabile ab igne nec aliqd
aliud alterans. Tũc quero vtꝝ ignis sit simul cũ aqua:
ita ꝙ inter vltimã supficiem aque: τ vltimã superficiem
ignis nõ sit aliqð mediũ: aut sit ibi aliqð mediũ. Si pmo
modo habet ꝓpositũ: qꝛ idem oꝫ esse iudiciũ de quocũ
qꝫ alterante ꝓpinquo τ alterabili. Si sit aliqð mediuꝫ
aut illud est plenũ aut vacuũ. Nõ est dicendũ ꝙ sit va-
cuuꝫ: qꝛ impossibile est esse vacuũ vt demõstratũ est in
4ᵒ physicoꝝ. Si dicat ꝙ illud mediũ est plenuꝫ aliquo
corpore sensibili. Aut illud mediũ ẽ de natura ignis aut
aque: aut de nã alicuius alterius corporis nãlis. Nõ est
de nã ignis: qꝛ tunc esset ꝓpinquius alterãs q̃ ille ignis
qui ponebatur alterans ꝓpinquũ. τ sic esset alterãs pro
pinquũ τ non ꝓpinquũ: nec de nã aque: qꝛ sic illa aqua
intermedia esset ꝓpinquiꝰ alteratũ q̃ illa que poneba-
tur ꝓpinqua. Si vero diceret ꝙ illud corpus interme-
dium esset aliqð aliud corpus nãle: aut esset corpus sim
plex aut mixtũ: τ qðcũqꝫ illoꝝ dmõstret oporteret ꝙ il
lud pꝰus pateret ab igne q̃ ipsa aq̃ que distaret ab igne:
τ sic illa nõ eẽt ꝓpinquũ alteratũ ab igne: cuiꝰ oppositũ
ponebat. ¶ Et si quis diceret ꝙ illud intermediũ nihil
oĩno patitur ab igne: τ tñ ignis agit in aquã illo existẽte
intermedio: tunc quãtũcũqꝫ ignis distaret ab aqua ꝑ ali
quod mediũ posset agere in ipsaꝫ: cuius oppositũ pꝫ ad
sensum: nõ esset eniꝫ aliqua ratio quare ignis posset age
re in aquã existente tali medio nihil passo: quin eadẽ ra
tiõe posset agere in ipsaꝫ existẽte quãtũcũqꝫ magno cor
pore inter ignẽ τ aquã. Causa eniꝫ ꝓpter quã ignis põt
agere in aquã mediante aliquo corpore paruo τ nõ me
diãte magno nõ est nisi qꝛ illud paruũ corpus põt pati
ab igne τ nõ magnũ corpꝰ. vnde si posset ignis agere in
aquã mediãte paruo corpore penitꝰ nihil passo ab igne
eadẽ rõne posset agere i aquã mediãte corpore magno
penitus nihil passo: τ hoc est manifestum impossibile.

Ad primũ dicẽdũ ꝙ sol nõ est ꝓpinquũ alte-
rans ista inferiora: sꝫ alterãt ea me
diantibus orbibꝰ inferioribus τ elemẽtis inferioribus:
nec oꝫ ꝙ orbes intermedij calefiãt a sole. vt dicit Alex.
super pmũ metheoroꝝ: sed sufficit ꝙ aliter trãsmutent
ab ipso. s. ꝙ recipiãt lumẽ ab ipso: τ hec nõ est alteratio
corruptiua: qꝛ taleꝫ non recipiũt corpora celestia. pmo
T.c.20. celi τ mundi. sed solũ alterationẽ perfectiuaꝫ. nec est ne
cessarium ꝙ semp mediuꝫ inter mouẽs τ motũ moueã
tur illo eodẽ motu quo mouet vltimũ motũ: vt videmꝰ
ꝙ cũ vrinale nouũ τ clarũ exponit radijs solis: τ ponĩ-
tur stupa ad partẽ posteriorẽ incẽdit stupa τ inflãmat
mediante vrinali: τ tñ ipm vrinale non inflãmat: sed ali
ter transmutat. s. qꝛ illuminat τ reflectit ibi lumen: τ sic
in multis alijs. ¶ Ad aliã dico ꝙ sensibile nõ alterat sen
sum sicut alterans ꝓpinquũ. Sed alterans ꝓpinquum
est ipm mediũ alteratuꝫ. ¶ Ad aliã de imaginatiõe cõ
siderandũ ꝙ imaginatio in actu aliquãdo facit aliquaꝫ
alterationeꝫ in corpore ipsius imaginãtis: sicut sensibili
ter apparet cuꝫ aliquis fortiter imaginatur venerea: fit
quedã calefactio circa mẽbra genitalia intãtũ ꝙ aliqñ
mouet membruꝫ virile τ erigit sine imperio rõnis: vt ẽt
tangit Arist. in 3ᵒ de aĩa. caᵒ de mouẽte aũt. τ hoc ẽ pro
tãto: qꝛ spẽs rei delectabilis quodãmodo hꝫ ṽtutẽ rei
delectabilis: τ silr de tristabili: vt Ari. docet i de causis
motus animaliũ: imaginatio igit facta in actu per spẽꝫ
rei delectabilis precise si sit fortis imaginatio τ diu ꝯti-
nuata: τ corpus sit dispositũ sufficienter inducit aliquaꝫ
dispõnẽ in ipso corpore imaginantis: puta caliditatem
vel frigiditatẽ vel hmõi: τ ibi alterãs bene ẽ simul cũ al
terato ꝓpinquo: qꝛ puto ꝙ talis alteratio fit ꝑ hũc mo
duꝫ: qꝛ spiritus existẽtes in organo imaginatiue ṽtutis
alterant ab actu ipsiꝰ imagiatiõis habẽte quodãmõ vir
tutẽ ipsiꝰ rei que imaginatur: τ illi spũs calefacti calefa
ciunt alios vel alias partes corporis quousqꝫ ꝑueniũtur
ad illa mẽbra. Et forte per cõsimilẽ moduꝫ cõtingit ꝙ
mulier imaginans leprosuꝫ in actu coitus cõcipit lepro
sum: qꝛ tunc ipsa fortiter timet cõcipere leprosuꝫ: τ spũs
retrahunt ad iterius: τ ꝯgregant: τ caliditate sua exces
siua calefaciunt semen: τ sic disponit ad lepraꝫ. Sic igit
aut simili modo cõtingit ꝙ imaginatio alicuius facit ali
quã alterationẽ in corpore imaginantis. ¶ Sed vtruꝫ
imaginatio vnius hꝫ trãsmutare τ alterare corpus alte
rius difficile est. Dicũt tñ aliqui ꝙ sic: τ atribuit Auic.
qð probat experimẽto sic. qꝛ quedã mulier imaginaba-
tur camelũ cadere in foueã τ ipse cecidit in illã: τ ita di-
cunt cõtingere in multis alijs. vnde dicũtꝰ de quibusdaꝫ
vetulis maleficis ꝙ respicientes pueruꝫ τ imaginantes
ipsum interficiũt aut faciunt infirmari manifeste. Sed
hoc nõ bene videt possibile. qꝛ si imaginatio alicuiꝰ trãs
mutaret corpus alteriꝰ aut ipsa aliqd ageret in mediuꝫ:
qð est inter corpus imaginãtis τ alterũ corpꝰ aut nihil.
Si diceret ꝙ ageret aliqd in ipꝫ mediũ extrinsecũ: hoc
non videt esse nisi per spũs emissos ab organo imagina
tionis ad exterius. nõ est aũt verisimile bene ꝙ spũs de
seruientes imaginationi: vel etiã alij spũs existẽtes in cor-
pore imaginantis possint ꝓtendi τ diffundi per tantuꝫ
spaciũ τ habere tantã virtutẽ alteratiuam vt obtineãt
supra corpus alterius aĩalis. Si aũt diceret ꝙ ipsa ima
ginatio agit in corpus alienũ nihil agẽdo prius penitus
in mediũ: tunc quãtũcũqꝫ distet illud aliud corpus: ima
ginatio poterit agere in ipsum: vt si quis imaginaret ali
quid existẽs rome posset agere in illud: qð videt absur-
dum. Et adhuc dato ꝙ imaginatio vnius ageret in cor
pus alterius per spũs emissos τ transmutantes aerẽ in
termediũ: non habet ex hoc ꝙ alterans nõ sit simul cuꝫ
alterato: imo ꝯrium. De hoc aũt non multũ certus sum
quid est tenendum. Qꝫ aũt dicit de experimẽto illo põt
dici ꝙ si hoc contingit hoc fuit a casu: τ nõ per se causa-
tum ab imaginatione: τ est simile sicut aliquo imaginan
te coruscationẽ vel tonitruũ: τ ipse putaret hoc eẽ cau
satuꝫ ab imaginatione sua: hoc eniꝫ ridiculũ videretur.
Qð aũt dicit de vetulis fascinantibꝰ infantes: põt dici
ꝙ si hoc est: nõ est ꝓpter imaginationẽ ꝓprie τ ꝑ se: sed
hoc forte contingit per istuꝫ modũ: qꝛ in corporibus ta
lium vetularuꝫ sunt quidam humores corrupti τ vene-
nosi: a quibus resoluunt quidã fumi subtiles quasi per
totum corpus. Sed qꝛ oculus est pars corporis multũ
porosa vt dicit i anotomia. ideo specialiter illi fumi ex-
eunt per oculos magis. vnde cum illa vetula diu τ forti
ter aspicit faciem pueri illi fumi subtiles perueniunt ad
faciem ipsam pueri τ ad puerũ mediante aere: τ attra-
hunt a puero per inspirationẽ cum aere: τ isti perueni-
entes ad iteriora inducũt aliq̃ malã qualitatẽ: τ sic iter
ficiũt vel infirmãt puerũ passibileꝫ existentẽ. Diceretur
ergo ꝙ hꝫ non facit imaginatio per se τ proprie: sed for
te cõcomitat per accidẽs actus imaginandi. ꝙ si imagi

natio per se cōcederet hoc facere modo p̄dicto: adhuc alterās ꝓpinquū simul esset cū alterato: ⁊ sic nihil ꝯ positū. Qō tñ imaginatio sit cā multarū alterationum in corpore imaginātis: hoc nō est īpossibile vt tactū ē. Et huius ratio pōt capi ex illis qui vocantur Amor hereos. Adeo enim fortiter ⁊ continue imaginantur rē amatam ⁊ concupiscunt ꝙ ipsi incidunt in egritudines magnas ⁊ cum difficultate sanari possunt nisi habeant qḋ concupiscunt: quod non contingeret nisi in eorum corporibus alteratio fieret ab imaginatiōe in actu: de hoc ego bene possem narrare aliquas historias de ista materia: sed eas dimitto propter breuitatem: ⁊ quia nō sū3 ħ poeta: ⁊ sic de isto.

¶ Quoniam aūt que alterantur ⁊c. T.c.XV.

¶ Aliorum enim maxima si aliquis intelligat in figuris ⁊ in formis ⁊ habitudinibus ⁊ horū remotionibus ⁊ acceptionibus videtur ꝙ est alterationis: non est autem: neq3 in his ⁊c.

Textu cōmē. XIIII. Questio. VI.

Ueritur hic p̄mo. Utrū alteratio fit ad q̄litates de quarta specie q̄litatis. ¶ Arguit
q p̄mo ꝙ sic. q2 ad q̄cūq3 q̄litatē est transmutatio ad illā est alteratio. Nā alteratio non est aliō nisi trāsmutatio ad qualitatē. 5° h°. ⁊ in p̄dicamentis. Sed ad qualitatē de quarta specie ē trāsmutatio. vt p3 ad sensū. Cera enī3 figure circularis trāsit ad figurā quadrangularē ⁊ ecōuerso. ¶ Itē3 oīs trāsmutatio aut est generatio vel corruptio vel augmētatio vel diminutio vel motus localis vl' alteratio. hec est sufficiēs diuisio f3m Ar. Sed trāsmutatio ad qualitatē de quarta specie q̄litatis nō ē gn̄atio nec corruptio vt manifestū est: nec augmentatio nec diminutio: q2 iste sunt ad quātitatē. Quātitas aūt nō est qualitas nec ecōuerso: nec mot' localis: q2 iste est ad vbi: ⁊ qualitas nō ē vbi: vt manifestū est. ḡ relinquit ꝙ ē alteratio. ¶ Item transmutatio ad q̄litates sensibiles ē alteratio f3 Ar. hic. Sed qualitas de quarta specie q̄litatis ē q̄litas sensibilis. figura enim est in q̄rta specie q̄litatis: ⁊ figura est
T.c.24 vnū de p se sensibilib'. vt p3 in 2° de anima. quare ⁊c.

¶ Oppositum arguit auctate Ar. ⁊ Cōmen. in littera.

Ad questionem est intelligendū ꝙ quarta spēs q̄litatis ē forma ⁊ circa hoc aliqd cōstans figura f3 Ar. in predicamentis: s3 hec duo ꝓut sunt q̄rta spēs qualitatis nō differūt abinuicē essentialr ⁊ q̄ditatiue: s3 f3 rōnē ⁊ modū. Nā vna ⁊ eadē q̄litas. s. circulatio vel triangularitas dr̄ figura p cōparationē ad interiora p̄cipue p cōparationē ad formā rei subalē quā cōsequit. ⁊ dicit figura p cōparationē ad exteriora sicut cōiter dicit. ¶ Aliā differentiā assignat Robertus sup p̄dicamēta. Ad cuius intellectum est cōsiderandū ꝙ q̄rta spēs qualitatis in hoc differt ab oībus alijs spēb': q2 ipsa fundat per se ⁊ imediate sup quātitatē. Unī ⁊ Cōme. vocat eā q̄litatē in quātitate. Alie vero q̄litates vel nō necīo fundant sup q̄titatem vel non directe ⁊ per se respiciunt q̄titatē. Prima enī3 spēs q̄litatis pōt eē ī aliquo nō quāto. sicut oēs habitus itellectuales q ponunt in p̄ma specie q̄litatis sunt
T.c.6. in itellectu q est sine magnitudine. vt p3 in 3° de anima. Secūda vero species q̄litatis. s. n̄alis potētia ⁊ ipotētia cōsequit formā substātialē rei n̄alis vel ipsā3 materiā3. Tertia aūt spēs. s. qualitatis sensibilis que ē ꝓpriū sensibile alicuius sensus vt calor aut frigus ⁊ hmōi: l3 non sint nisi in substātijs corporalib' ⁊ magnitudinē habentib'. vt satis p3 ex libro de sensu ⁊ sensato: tñ nō ita directe ⁊ p se respiciūt ip̄a3 q̄titatē sicut figure que sunt ī q̄rta specie. Cuius signū ē: q2 iste q̄litates caliditas ⁊ frigiditas ⁊ hmōi magis possunt itelligi sine q̄titate ꝙ circulatio ⁊ triāgulatio ⁊ rectitudo ⁊ curuitas ⁊ hmōi. Dicē ergo iste robertus ꝙ aliq̄ qualitas fundat in q̄titate dupliciter. Uno mō ī ip̄a tota suba q̄titatis. Alio mō ī terminis ipsius vel in q̄titate rōne sue terminatiōis. Prio mō ē forma sicut rectitudo curuitas ⁊ hmōi. q̄ sunt ī tota substātia q̄titatis. Secūdo vero modo magis ē figura: ⁊ ideo dicitur ꝙ figura est que termino vel terminis claudit: sicut circulatio fundat ī corpore termiato vna superficie vel linea: ⁊ triāgularitas in corpore sic terminato vel superficie sic terminata. ⁊ similiter in alijs.

His visis dicunt ad qōnē duo. Prio ꝙ ad q̄litates q̄ sunt ī quarta specie q̄litatis nō ē alteratio p se ⁊ ꝓprie dicta. Scd̄o dr̄ ꝙ ad eas est alteratio p accidēs ⁊ iproprie dicta. ¶ Primū probatur p̄mo rōnibus Ar. in littera. Prima rō et' ē. oīs qualitas ad quā est alteratio denominat ip̄3 subm: sed q̄litates de q̄rta spē nō denominant sub3. ḡ ⁊c. maior p3. inducēdo. caliditas enī3 ad quā ē alteratio. s. calefactio. denoiat ip̄3 calidū: ⁊ frigiditas frigidū: ⁊ albedo albū ⁊ silr de alijs. Et minor apparet: eas enī3 vel aūt nō de figura puta triāgulus vel quadrāgulus vl' circulus: ⁊ si de ceteris. ergo ⁊c. ¶ S3 ꝯ istā rōnē est dubiū: q2 l3 iste qualitates ō q̄rta spē ī abstracto nō denoiant sua suba: tn̄ in cōcreto bñ denoiant ea: q̄uis nō dicat ea est figura tñ dicit figuratū vt triāgulatū vel quadrangulatū. silr aūt ⁊ in alijs. Modo ad hoc ꝙ ad aliq̄ qualitatem sit alteratio nō requirit nec cōsequit ꝙ ipsa denominet sub3 in abstracto: s3 in cōcreto: nō enī3 bene diceret signu ē caliditas ⁊ calidū vel frigidū. Diceret ḡ ad rōnē Ar. cū dicit. omnis q̄litas ⁊c. Uerū est in abstracto: sed in cōcreto vt dictū ē: ⁊ hoc bene sufficit. ¶ Aliqui volunt soluere efficaciā huius rōnis p istū modū: dicūt .n. ꝙ aliqua qualitas pōt denoiare subm duplr. Uno° per modū passionis depēdentis ab agēte: vt cū dicit ea est calefactiuū vel frigefactiuū. ibi ly frigefactiuū. dicit frigiditatē vt est recepta in subo ab agente frigefaciente. Alio° qualitas pōt denoiare sub3 magis absolute ⁊ per modū qualificātis ⁊ nō vt ab agēte inducta: vt calidū ⁊ albū ⁊ hmōi: q̄ dicūt qualitates per modū īformātis ⁊ q̄lificātis sua subiecta absolute. i. nō per modū passionis: nec vt sunt iducte ab agēte: ⁊ p̄mo mō qualitatis ō q̄rta spē denoiant sua subiecta. vt cū dicimus ea ē figuratū vel triāgulatū aut hmōi ⁊ nō secūdo mō. Dicerent ḡ ꝙ qualitas ad quā est alteratio d3 denoiare subm nō solū per modū passionis inducte ab agente: s3 absolute per modū q̄lificātis. Qualitas aūt de quarta spē nō sic denoiat sua suba: sed sub mō passionis vt ab agēte ē vt dictum est. Hoc aūt nō videt oino sufficiens. q2 iste q̄litates de q̄rta specie non solū denoiant subiecta illo modo quo isti dicunt: sed per modū vel sub modo passiōis vt inducta est ab agente: sed ⁊ alio modo. s. absolute p modum qualificantis ⁊ informantis subiectū: ita bene sicut ⁊ alie qualitates. Non enī3 solū ea dicit triangulatū: sed dicit triangulare: ⁊ non solū dicitur circulatū sed circulare: ⁊ similiter linea non solū dicitur curuata sed curua: ⁊ non solum dicitur rectificata sed recta. similiter aūt ⁊ in alijs. Et hec indubitāter sunt denominatiōes quib' subiecta denominant ab istis qualitatibus nō per modū passiōis inducte ab agēte: sed absolute ⁊ per modū qualificantis: sicut ⁊ in alijs contingit. Et sic non videtur sufficere nisi forte diceretur ꝙ l3 in lingua latina sint huiusmodi denominatiōes vsitate: tamen in

idiomate greco forte non sunt vsitate nec est remotum aliquem modum loquendi esse famosum ⁊ consuetum in vno idiomate ⁊ non in alio. vt patet per Commentatorem in ṗncipio huius capli. sic igitur nos dicamus. Et hoc forte signauit Cōmētator: cum dixit istaꝫ rōnē esse ꝓbabilē: q꞉ innitit mō denoiationis ⁊ significatiōis istarū q̄litatū.

T.c.16. ¶ Itē ꝓbat Aristo. alia rōne: q꞉ nihil alteratur cū accipit suā pfectionē ꝓpriā. Alteratio .n. presupponit ꝙ ipm alterabile sit ens actu ⁊ pfectuꝫ in sua nā. ⁊ in hoc alteratio differt ab ipsa gñatiōe. Sꝫ cū aliq̄d accipit figurā ꝓpriā in rebus hn̄tibus formas ꝓprias accipit suā pfectionē ꝓpriā simul vt dū aial accipit suā formā subalē accipit suā ꝓpriā figurā: ⁊ silr planta. Cuius rō est q꞉ iter oia accñtia ꝓpria figura maxime ⁊ ꝓpinq̄ssime videt ꝯsequi formā subalem in aialibus ⁊ plantis: ⁊ iō diuersitas specifica in ipsis nullo certiori indicio per posteriora accipit q̄ per figurarum diuersitatē. In reb⁹ aūt artificialib⁹ silr multis figura ꝓpa est eoꝝ essentialis perfectio sm̄ ꝙ sunt in talibus spēbus: ideo nihil ꝓprie alterat accipiendo figuram ꝓpriam. ergo ⁊c̄. Et ista ratio videt ꝓpaliter ꝯcludere de illis qualitatibus: que sunt ꝓprie figure aliquaꝝ spēꝝ. Sic aūt nō est de qualitatib⁹ sensibilib⁹ ꝓprijs: vt ē calor ⁊ frigus ⁊ hmōi: nō .n. simul dum aliquid accipit perfectōeꝫ ꝓpriam solū: tūc accipit caliditatē aut frigiditatē aut hmōi: imo ṗt aliq̄d accipere caliditatē anteq̄ accipiat formā ignis. simil̄r aūt ⁊ in alijs. Simul aūt dum accipiat formā subalem hois accipit figuram: ⁊ nō ṗus nec posterius. figurā dico ꝓpriam. Sed est attendendū ꝙ in rebus hn̄tibus figuras ꝓprias sicut sunt animalia ⁊ plante simul: dum aliquid accipit formā subalem ꝓpriam accipit ⁊ figuram ꝓpriam illius speciei: sed in aliq̄bus rebus inaiatis que nō habēt figuras ꝓprias: nō oꝫ ꝙ dum accipit figurā ꝓpriam aliquā: ꝙ accipiat formā subalem nouā. potest .n. aqua manēs aqua accipere aliquā figurā quā ṗus nō habebat. ⁊ silr aer: ista .n. corpora figurantur sm̄ figuram ꝯtinentis: vt satis pꝫ in .4. metheo. Et ideo dicunt iterminata. ⁊ silr cera ⁊ hmōi mollia multa. ⁊ ideo rō videt esse q̄si particularis nisi vlterius adiūgat ꝙ simile ē iudiciū de vna figura: ⁊ de alijs. Tūc ondītur 2m. ad illud enim est alteratio p accidens: cuius acceptio ⁊ remotio consequit alterationē ꝓprie dictā. hec videt manifesta. Sꝫ acceptio figure ⁊ remotio ꝯsequitur alterationē ꝓprie dictā: cūꝫ .n. calefit ⁊ rarificat: ꝯtingit ꝙ accipit aliam figuram q̄ ṗus sicut sensibilr videmus. Cum aliquod lignum prius existens rectum si ponatur ad ignem contingit ꝙ incuruatur: ⁊ maxime manifestum est in pergameno: qḋ cū supercalefit icuruatur: simil̄r aūt ⁊ in alijs multis: ⁊ cū aliquid infrigidatur ispissatur ⁊ ingrossatur ⁊ accipit aliā figuram ⁊ minorē. quare ⁊c̄. ¶ Et est intelligendū propter obiectiones ꝙ duplex est alteratio q̄tū spectat ad propositum. Quedam est alteratio ꝓprie: ⁊ est cū aliqḋ subiectū continue acquirit partem post partem: vel gradum post gradum alicuius q̄litatis: ⁊ hec sm̄ modū cōmunē loquēdi dr̄ alteratio ꝓprie dicta pro tanto: q꞉ magis consuetum est ⁊ vsitatuꝫ hoc nomē alteratio accipi pro tali transmutatione: eo ꝙ frequētius ꝯtingit rebus ⁊ est notior. ꝯtingit .n. freq̄ntius res permutari de calido in frigidum. ⁊ econuerso. ⁊ de humido in siccum q̄ accipere de nouo figuram ꝓpriam. Nomen aūt dr̄ accipi ꝓprie cum sumit pro illo qḋ est magis notum ⁊ consuetū vt dicebat in .4. huius. ⁊ talis alteratio nō est ad qualitates de q̄rta specie qualitatis tanq̄ ad termios ꝓprios ⁊ per se: ⁊ si fuerit: hoc est per accidēs. Alia est alteratio magis large dicta que est acquisitio cuiuscunq; qualitatis de nouo que nō erat in subiecto. ⁊ hec alteratio bene est ad quartam speciem qualitatis: ⁊ hoc probant rationes in principio questionis inducte.

¶ Ad 3am dico ꝙ alteratio ꝓprie nō ē nisi ad qualitates sensibiles que sunt sensibilia propria. Quantitas autem non est sensibile proprium sed commune: vt habet videri in .2. de anima. Et quod Aristo. dicit in primo de generatione. ꝙ alteratio est permutatio de vna qualitate ad aliam remanente eodem subiecto. Verum est per se vel per accidens. vel proprie vel improprie.

¶ Manifestum est autem quia quod est alterationis non est in his que fiunt: neqꝫ enim in habitibus. habitus eniꝫ ⁊c. T. cō. XVII. Qō. VII.

Consequenter queritur vtrum ad qualitates d̄ ṗma specie qualitatis sit alteratio. ¶ Arguitur ṗmo ꝙ sic. q꞉ ad quācūq; qualitateꝫ est transmutatio: ad illaꝫ est alteratio: cū alteratio sit trāsmutatio de vna qualitate ad aliam: vt patet in .5. huius. ⁊ in ṗmo de generatiōe. Sꝫ T.c.18.
ad qualitates de prima specie ē transmutatio: vt mani- T.c.23.
festum ē. ⁊ probatur. quia contingit aliquam q̄litatem de ṗma specie qualitatis fieri in subiecto de nouo: sicut sanitatem i corpore ⁊ scientiam in anima: hoc aūt non potest contingere sine trāsmutatione. ergo ⁊c̄. ¶ Item ad omnem illā qualitatem est alteratio que acquiritur i aliquo cum abiectione cōtrarij. hec recipitur pro manifesta. Sed qualitas de prima specie qualitatis acquiritur cum abiectione contrarij: quia contingit ꝙ aliquis habens habitum falsum ⁊ erroneum reducitur ad sciētiam que est verus habitus: ⁊ tunc ibi oportet ipsum habitum falsum corrūpi: vt manifestum est. Similiter cōtingit ꝙ aliquis habēs habitum vitiosuꝫ reducatur ad virtutem: sicut aliquis illiberalis reducitur ad liberalitatem: vel econuerso: ⁊ ibi oportet illum maluꝫ habitū corrumpi. ergo ⁊c̄. ¶ Itē si in anima intellectiua est alteratio necesse est esse ad ṗmam speciem qualitatis: sed in anima intellectiua est alteratio. ergo ⁊c̄. Maior probatur: quia si intellectus alteratur non videtur alterari: nisi ad habitum intellectualem: vt patet cuilibet intelligenti: habitus aūt intellectualis est in prima specie qualitatis: vt etiam ꝯceditur: ⁊ habetur ex predicamentis.
Et minor probatur. quia cōstat ꝙ intellectus mouetur T.c.30.
ab intelligibili mediante fantasmate: vt habetur in .3. de anima. aut ergo mouetur motu locali quod est impossibile: quia tali motu non mouetur nisi corpus vel res in
corpore. Intellectus autem non est corpus nec res i cor- T.c.6.
pore: vt patet ex .3. de anima. Aut mouetur motu gene
rationis ⁊ corruptionis quod est impossibile: quia itelle- T.c.21.
ctus est perpetuus: vt pꝫ in .2. de anima. Aut motu augmentationis ⁊ diminutionis. qḋ est impossibile: q꞉ nihil augmentatur aut diminuitur nisi corpus aut res in corpore. ergo relinquitur ꝙ itellect⁹ mouetur a fantasmatibus motu alteratiōis. quare ⁊c̄. ¶ Item ad albedinē ⁊ nigredinem est alteratio: vt manifestum est: sed albedo ⁊ nigredo sunt de prima specie qualitatis. quare ⁊c̄.
¶ Oppositum arguitur auctoritate Aristo. ⁊ Commētatoris in isto capitulo.

Ad questionem est intelligēdum ꝙ q̄litates de ṗma spē qualitatis sunt habitus ⁊ dispōnes. Habituū aūt quidā sunt corporis: vt sanitas ⁊ egritudo ⁊ pulchritudo ⁊ turpitudo ⁊ hmōi. Et q̄daꝫ sunt habitus aie: ⁊ isti sunt duplices: q꞉ quidam sunt in parte anime itellectiue: ⁊ isti dnr̄ habi-

tus intellectuales ꝛ sunt quinq̄ ſm Ariſto. in .6. ethi. ſ. intellectus ſapientia ſcia prudentia ꝛ ars. Alij aūt ſunt habitus in parte oppoſita ſiue in appetitu ꝛ iſti dicunt morales: ꝛ ſunt omnes v̓tutes morales: ſicut fortitudo. magnanimitas. liberalitas. magnificētia. manſuetudo. ꝛ alie virtutes de quibus tractat Ariſt. in lib. ethi. Ulterius memorādū ē ꝙ duplex eſt alteratio: vt ꝑus dcm̄ ē.

Tūc dico ad qōnē. Primo ꝙ ad habitus corporis nō ē alteratio ꝓprie dicta ꝑ ſe ꝛ ꝓprie. Qḋ ſic ꝓbat Ariſt. Nā ad illa que ſūt ad aliqd nō ē alteratio ꝓprie ꝛ per ſe: vt pꝫ ex .5. hui⁹. Sꝫ iſti habitus corpis ſūt ad aliqd ſicut ſanitas ꝛ egritudo ꝛ pulchritudo ꝛc̄. ¶ Sed ꝯtra iſtam rōnem ſtatim pōt dubitari: qꝛ eēntie predicamētoꝝ ſunt impmixte: vt dr̄ in primo poſte. cū igit̄ iſte qualitates ſint in ꝓma ſpecie qualitatis nō ſunt ad aliqd. ¶ Ad hoc dr̄ cōiter ꝙ iſte qualitates pn̄t ꝯſiderari dupl̓r. Uno mō q̄tū ad ſuas eſſentias: ꝛ ſic ſunt in genere qualitatis: nō relonis. Alio modo poſſunt ꝯſiderari q̄tū ad aliquas ꝓprietates ꝯn̄tes eas: ꝛ ſic ſūt ad aliquid: ſicut ipſam ſanitatē ꝯſequitur qdā reſpectus ad bn̄ opandum opera nālia: ꝛ ſimil̓r de alijs ſuo modo. Sꝫ iſtud nō ſufficit: qꝛ ſi iſte qualitates pro tāto eſſent ad aliqd: ꝛ ad eas nō eſſet motus: qꝛ in ipſis fundant̄ quedā relatiōes: ꝛ ſic ſunt ad aliqd q̄tum ad ꝓprietates ꝯn̄tes eas. tūc ſil̓r ad qualitates de 3ᵃ ſpē qualitatis nō eſſet alteratio: ſicut ad caliditatē frigiditatē ꝛ hmōi. Nā vnaqueq̄ iſtaꝝ qualitatū eſt ꝓncipiū actiuū vel paſſiuū: ꝛ hoc eſt eē ad aliquid ſm ꝓprietatē ꝯn̄tem: ēt quelibꝫ taliū eſt ꝯtraria alteri: ꝛ cōtrarietas eſt quedā relatio: vt manifeſtū eſt. g̊ ꝛc̄. Et ideo dōm eſt aliter. Ad cuius euidentiā ꝯſiderandū eſt ꝙ iſti habitus corporis q̄uis ſm eēntias ſuas ſint entia abſoluta: ꝛ nō ad aliquid: tn̄ cōſequunt̄ imediate quaſdā relationes ꝛ fundant̄ in ipſis relatiōib⁹: ſic̄ in diſpoſitionibus ꝛ preparationib⁹ ſine quibus nō pn̄t eſſe. Uerbi gr̄a. ſanitas ꝯſequitur immediate commēſurationē ſeu ꝓportionem debitā calidoꝝ frigidoꝝ humidoꝝ ꝛ ſiccoꝝ adinuicē ꝛ ad ꝯtinēs. ſ. aerem ſm Commentatorē vel totum corpus ſꝫ alios: ꝛ fūdat̄ in ea tanq̄ in diſpōne ſeu preparatione corpis ſine qua nō pōt eſſe ſanū. Simil̓r pulchritudo in quadam ꝓportione membroꝝ adinuicem cum debito colore correſpondēte ꝛ habitudine ad diſpōnē laudabiliſſimā aialis. Simil̓r aūt: ꝛ in alijs ſuo modo: ꝛ qꝛ iſte qualitates imediate ꝯſequuntur hmōi relatiōes: ideo ad eas nō eſt alteratio ꝓprie dicta ꝛ per ſe ſicut nec ad relatiōes illas. Erit ergo ratio Ariſto. ſic itelligēda. Ad illud qḋ eſt ad aliquid vel ſm eēntiā vel ſm cōſecutionem imediatam ꝛ neceſſariam non eſt motus ꝓprie dictus ꝛ per ſe: ſꝫ iſti habitus corporis ſūt hmōi: vt manifeſtū eſt ex dictis. ergo ꝛc̄. Et eſt attendendū ꝙ lꝫ alteratio ꝓꝑe dicta nō ſit per ſe ad iſtas qualitates. ſ. ad habitus corporis: eſt tn̄ ad eas alteratio quodā modo per accidens. Nam acceptio ꝛ remotio ſanitatis ꝯſequitur alterationē ꝓprie dictam. v̓. g. calefactionē aut infrigefactionem: ꝛ alias hmōi: vt manifeſtum eſt per experientiam: vt ſciunt medici ſcdō dicēdum ꝙ ad habitus qui ſūt in parte appetitiua. ſ. ad v̓tutes morales nō eſt alteratio ꝓprie dicta per ſe ꝓmo: qꝛ nihil alteratur dum accipit perfectiōem ꝓpriam: ſed virtus ꝓpria eſt perfectio propria: ergo nihil alteratur dum accipit propriā virtutem: ꝛ ſic ſm virtutem propriam nō eſt alteratio. Maior ꝓbat̄: qꝛ motus nō eſt ad illud vel ſm illud qḋ eſt idiuiſibile: ꝛ dico motus proprie dictus qui eſt continuus ſꝫ ois propria perfectio inquātum hmōi eſt indiuiſibilis: ſicut caliditas in ſūmo ſm qḋ eſt ꝓpria perfectio ignis. ſ. q̄tum ad gradum perfectiſſimum eſt indiuiſibilis. Similiter aūt ꝛ in alijs. Et minorem declarat ꝓhs ī littera. qꝛ vnumqḋq̄ tūc maxime perfectū eſt cum attingit ꝓpriam virtutem. hoc maifeſtum eſt: hoc aūt nō eſſꝫ niſi virtus ꝓpria vniuſcuiuſq̄ eſſet perfectio ꝓpria ipſius. Ex quo apparet ꝙ virtus moralis ē ꝓpria perfectio ipſius appetitus. ¶ Item vnumqḋq̄ tūc eſt maxime ſꝫ nām cum hꝫ ꝓpriam virtutem: hoc eſt manifeſtum. hoc aūt nō eſſet niſi virtus eſſet ꝓpria perfectio illius cuius eſt ꝓpria virtus. ergo ꝛc̄. Sed aliquis dubitaret hic cōtra illam propoſitionem Ariſto. vnumquodq̄ tūc maxime perfectum eſt cum attingit propriam virtutem: qꝛ ſi hoc eſſet verum: ſequitur ꝙ virtus eſſet maxima perfectio illius cuius eſt virtus. nihil enim eſt maxime perfectum formaliter niſi per maximam ꝑfectionē: ſed tūc conſequens eſt falſum: qꝛ tūc virtus humana eſſet felicitas humana: cum nihil ſit maxima perfectio ꝛ nobiliſſima hoīs niſi felicitas: vt pꝫ in ꝓmo ethico. quare ꝛc̄. ¶ Ad hoc pōt reſpōderi ꝙ aliqḋ eē maxime ꝑfectum poteſt itelligi dupliciter. Uno mō ſm actum. Alio modo ſm potētiam ꝓpinquiſſimā. Primo modo nō eſt verum qꝛ vnūqḋq̄ ꝛc̄. ſꝫ 2ᵒ modo bene. Cū. n. aliquid hꝫ virtutem ꝓpriam eſt in potentia propinquiſſima ad actum qui eſt eius maxima perfectio: ꝛ hoc ſufficit. Et eſt aduertēdū ꝙ licet ad ipſas virtutes morales non ſit ꝑ ſe alteratio ꝓprie dicta: tn̄ ad eas eſt alteratio quodam modo per accidēs. Nam ad acceptionem virtutis moralis ī appetitu ſenſitiuo: reqrit̄ aut totalis remotio paſſionum ſm ſtoicos: aut ſaltem moderatio ſeu modificatio earum ſm Ariſt. Hoc aūt declarandū eſt in ſcia morali. ſ. in 2ᵒ ethi. Modo dicunt aliqui ꝙ iſta remotio paſſionū vel eaꝝ modificatio eſt quedā alteratio: ad ipſas enim paſſiones cū ſint in appetitu ſenſitiuo: qui eſt in organo corporali: eſt alteratio: vt dicūt. Sꝫ ſine dubio ſi intelligat̄ ꝙ in appetitu ſenſitiuo ſit alteratio ꝓꝑe dicta ꝛ per ſe ad paſſiones illas hoc eſt falſum: qꝛ ſicut ſenſus mouet̄ a ſenſibili in inſtāti ꝛ nō motu ꝓꝑe dicto: vt pꝫ in 2ᵒ de aīa. ꝛ omnes ꝯcedūt. ſic appetitus in inſtāti mouetur ab appetibile cognito ſub rōne boni vel mali: ꝛ talis mutatio appetitus a bono vel malo cognito vocat̄ paſſio: vt habet̄ ab euſtratio ſ. 2. ethi. vbi dicit ꝙ paſſio eſt motus in appetitu partibili ſub fantaſia boni vel mali: ꝛ ideo ñ credo ꝙ remotio paſſionū aut modificatio eaꝝ que requirit̄ ad acceptionē virtutis ſit alteratio ꝓprie dicta: ſꝫ improprie: ſicut ꝛ alie immutationes potētiarum anime a ſuis obiectis: bene tamē verum ē ꝙ iſta moderatio paſſionū poteſt bene cōſequi aliquā alterationē corporis ꝓprie dictā. Cū. n. aliquis moderate calidus eſt ꝛ nō exceſſiue precipue in corde ꝛ circa cor: tunc ipſe magis moderate iraſcitur: ꝛ ſi quis eſt multū excellēter ſupcalefactus a corde aut a ſanguie: difficile aut impoſſibile eſt ipm moderare irā. Unde hoīes colerici ſūt magis iraſcibiles ꝛ iracundi ceteris. Uñ ſi in hoīe colerico dꝫ refrenari ꝛ moderari ira neceſſe eſt eius corpus fieri. ſ. minus calīm aliqual̓r. ꝛ pp hoc bonum eſt colericis abſtiere a cibarijs acute caliditatis ex qbus generatur ſanguis multum calidus ꝛ ſpiritus. Similiter ſi quis hꝫ corpus multum exiccatum iterius difficile eſt ipſum moderare appetere potum ꝛ fieri temperatū ſeu ſobrium. Uñ ſi iſta paſſio debet moderari: neceſſe eſt corpus fieri minus ſiccum: ꝛ ſimiliter in ceteris. moderatio igit̄ paſſionum que ſi frequēter fiat ꝯſequit̄ acceptio v̓tutū requirit ꝛ preſupponit aliquā alterationem propriam propter quod poſſum⁹ dicere ꝙ acceptio virtutis quodammodo cōſequatur alterationē corporis mediatevt

dictum est. Tertio dicendum q ad habitus intellectua
T.c.19. les non est alteratio per se: ꝛ ꝓprie: qḋ Aristo. dupliciter
ostendit in littera. Primo: qꝛ ad illud qḋ est aliquid nō
est per se alteratio ꝛ vniuersaliter neqꝫ mot⁹: vt pꝫ ex .5.
huius. Nūc aūt scīa est ad aliqđ: ꝛ hoc ipe accipit in lit
tera dicens. Sciens.n. ad aliquid maxime dicit. Et tūc
dubitatur: sicut pus q̄ō scīa cum sit in genere qualita-
tis pōt esse aliqđ cū coordinationes pdicamentoꝝ nō
sint pmixte fm Aristo. Et dicunt aliqui q scīa fm suam
essentiam nō est ad aliqđ: sed fm suam ꝓprietatē ꝯnitem
que est ꝯformitas: scīa.n. est habitus verus. i. cōformis
scibili. ꝛ vlīter habitus intellectualis est cōformis intel
ligibili. Sꝫ hoc nō sufficit sicut arguebat pus: ꝛ iō dicē
dū q lꝫ scīa fm suam eēntiaꝫ sit ens absolutū ꝛ in gene-
re qualitatis: tñ ꝯsequit ꝛ presupponit relationē quan-
dam sine qua nō pōt accipi nec cōseruari in intellectu. s.
habitudinē fantasmatis: seu cognitionis ad intellm pos
sibilē: ita q habitus intellectualis alicuius rei non pōt
esse nisi in intellectu: nisi pñte eius fantasmate ꝛ intelle-
ctu agente: ꝛ statim cū fantasma terminatū rei itelligibi
lis est in virtute fantastica. i. in virtute cogitatiua ꝓpria
hoīs fit in instanti sine omni motu ꝯtinuo habitus intel-
lectualis in intellectu. Et hoc signauit Aristo. in littera.
vbi dicit. Fm nullā.n. potentiam motis supple motu cō
tinuo ꝛ tpali factum est in nobis q scit. s. intellectualis
habitus rei scibilis: sꝫ cū extiterit. i. pñs fuerit quoddaꝫ.
.s. fantasma seu cognitio fantastica ipsius rei scibilis: ꝛ
hoc est qḋ innuit cū subdit: ex ea.n. que fm parteꝫ expe
rientiaꝫ accipimus vlem sciam. Experientiam aūt que
fm partē vocat cognitionē idiuisibilē seu particulareꝫ
ipsius rei scibilis qua habita statim fit in intellectu ha-
bitus vlr representans ipsam rem scibilem. qꝛ igitur sci-
entia ꝯsequitur imediate talem habitudinē fantasmatis
ad intellm: ideo nō ē ad eam alteratio ꝓprie dicta: sicut
enim ad habitudinem nō ē motus ꝓprie dictus per se ꝛ
ꝓprie imediate: sic nec ad illud qḋ ꝯsequitur habitudi-
T.c.20. nem. ¶ Aliā rōnem ponit Aristo. talem. aīa intellecti-
ua humana accipit sciam seu sapiam ꝛ prudētiā in quie
tatione ꝛ residentia: hoc aūt nō esset si ad istos habitus
esset motus vel alteratio ꝓprie dicta. ergo ꝛc̄. maiorē ꝓ
positionē ponit Aristo. in istis verbis. In quietari enim
ꝛ residentia fit sapiens ꝛ prudens. Et ad huius maiorē
intellm ꝯsiderāduꝫ est q a pncipio natiuitatis hominis
vsqꝫ ad aliqḋ tempus posterius: sūt in humāo corpore
multi motus corporales. s. fluxus humoꝝ ꝛ spūūꝫ: ꝛ ēt
multe passiones. i. iclinationes appetit⁹ sensitiui ad que-
dam delectabilia ꝓsequenda. s. ad cibos ꝛ venereas. ꝛ isti
motus corporales excessiui qbus humiditates fluūt in
organis virtutum sensitiuaꝝ impediūt verum iudicium
de sensibilibus ꝛ retētionem spērum. Simlr aūt vehe-
mētes passiōes, vt ira ꝛ ꝯcupiscentia ꝛ hmōi inclinatio
nes qbus iclinat homo ad opera ihonesta impediūt ve
rū iudiciū tam de agibilibus q de speculabilibus: ita q
corpore sic disposito aīa itellectiua nō bene pōt iudica-
re de speculabilibus neqꝫ de agibilibus. Sed ista per-
turbatio motuū corporaliū ꝛ passionū aliqñ in posteꝝ
sedatur vel per nām vel per bonā ꝯsuetudinē. Per na-
turam qdem qꝛ humidū supfluum paulatim resoluitur
a calore nāli corporis ꝯtinentis: ꝛ sic remittitur motus
ꝛ fluxus humidi qui impediat ordinatam cogitationeꝫ
ꝛ retentionē imaginum. Per laudabilem aūt consuetu-
dinem qua homo frequentat bonas electiōes: sequēdo
doctrinam bonaꝫ ꝛ rōnem bonoꝝ: mitigant passioneꝫ
vehemētes ꝛ moderanf. ꝛ hoc voluit Aristo. signare in
isto suo verbo breui: cū dixit. In quietari.n. a motib⁹ cor
poralibus ꝛ residētia a vehemētijs passionū fit anima
sapiēs ꝛ prudēs: ꝛ Cōmētator dicit ibi bona vba expo
nēdo illud verbū Aristo. Statur aūt ꝛ pausat ꝛc̄. Dicit
ibi Cōmētator q Aristo. intēdit per nām etatem: ꝛ per
alias res ꝯsuetudinē ꝛ exercitiū. Exercitium.n. largitur
nature hoīs pparationē que non esset ante ꝛ nō esset re
morū: vt virtus moralis opet in hoc ꝛ maxime castitas
ꝛ sic pꝫ maior. s. q aīa accipit ꝛc̄. ꝛ mior apparet. Si.n.
scientia acquiretur per alterationem proprie dictam ꝛ
temporalem: tunc nō statim esset in intellectu remotis
impedimētis. s. motibus corporalib⁹ ꝛ passionib⁹: imo
necesse eēt tempore ad eius generationē: sicut remotis
impedimentis que ipediunt ignē a calefaciendo aquaꝫ
nō statim fit aqua perfecte calida: sed indiget tempore
eo q caliditas per alterationem nata est acquiri: simlr
aūt ꝛ in aliqs. Sed aliquis posset hic dubitare rōnabilr
contra maiorē ꝓpositionē. Non.n. videtur veꝝ q intel
lectus statim accipiat prudētiaꝫ ꝛ sapiam quietatis mo
tibus corporalibus ꝛ sedatis passiōibus: imo possibile
est ꝛ frequenter ꝯtingit q homo est bene dispositus fm
corpus nec habꝫ in suo corpore motus excessiuos: neqꝫ
etiā passiones nimiū vehementes: ꝛ tamen nō est sciēs
neqꝫ prudēs: vt pꝫ in multis popularibus hoīb⁹ ꝛ in lit
teratis. Ad hoc pōt dici sicut innuit Cōmentator q ista Com.20
ratio nō ē nisi ꝓbabilis: ꝛ non oīno necessaria. Videtur
aūt hec ratio ꝓcedere supposita opione platōis: qui po
suit q aīa a pncipio semp hꝫ sciam reꝝ fm habituꝫ: ita
q creator creat eam pfectam oībus habitibus sciarum:
sed in pueritia impeditur a recta ꝯsideratione per mul
tiplices ꝛ excessiuos motus ꝛ vehemētes passiōes: que
cū sedantur ꝛ quietanf ꝯsiderat aīa ea de qbus hꝫ habi
tus a pncipio: ꝛ sic sequit q ad sciam non est alteratio
cū ipa preexistat i aīa ante sedationē passionū ꝛ quieta
tionē motuū: sicut ēt si aliquis hñs sciam dormiat ꝛ per
vaporē somni impediat a ꝯsideratione: iteꝝ postea con
sideret: non dicimus ipsum alterari ad sciam: vt Aristo.
exēplificat. Et istud signauit Cōmētator ibidē cū dixit.
ꝛ intēdit q scīa est a pueritia i actu supple fm platonē.
Sꝫ accītia appetibilia ꝛ vlr humoꝝ: vt dixit plato im-
pediunt puerum: ꝛ ideo assimilauit ipm dormiēti ꝛ ifir
mo ꝛ ebrio. Est igitur hec ratio ꝓbabilis eo q ꝓcedit
ex aliquo dicto platonis ꝛ auctoritate lꝫ non omnino
sit necessaria. Iste.n. fuit modus Aristo. q ipse vius fuit
aliqñ opinionibus alioꝝ ad ꝓbandū suam intentioneꝫ
antequam eas improbasset: sicut pꝫ scientib⁹ libros ei⁹.
Vel possꝫ maior ꝓbationis Aristo. ꝯditionari ꝛ glosa-
ri sic. anima humana presentibus ei fantasmatibus ꝛ fa
cta quietatione ꝛ residentia fit sapiēs ꝛ prudēs in instā-
ti: qḋ nō esset ꝛc̄. Et sic ratio esset quasi demonstratiua.
Nam si scientia fieret per alterationem ꝓprie dictam ꝛ
continuam: tūc sedatis passionibus ꝛ quietatis motib⁹
corporalibus ꝛ fantasmatibus presentibus non statim
ꝛ in instanti acciperetur sciētia: sꝫ successiue ꝛ continue
pars post partem sicut igne existēte calefactibile ꝛ remo
tis alienis impedimentis: calefactibile non statim acci-
pit completam caliditatem sed successiue ꝛ ꝯtinue par-
tem caliditatis post partem. similiter auteꝫ ꝛ in aliqs.

Ad primam rōnem pꝫ ex dictis: ꝯcludit.n. q
ad hmōi q̄litates ē alteratio ali
quo mō sꝫ non per se ꝛ proprie. Similiter ad scḋam di-
co q ad alterationem proprie dictam non sufficit acce-
ptio vel acquisitio vnius qualitatis cum abiectione cō-
trarij: sꝫ requirit q illa qualitas sit partibilis: ita q vna
pars eius continue possit acquiri post aliā donec perfi-
ciatur ꝛ sit in actu q si deficiat non est alteratio proprie

cidētalis. vbi grā. Cū lapis est sursum ꝛ remoto prohi-
bente descendit deorsum. Utrꝫ tunc ipm̄ graue moueat
seipm̄. de hoc est magna difficultas ꝛ diuersitas inter do
ctores. Et dicūt plurimi ꝛ quasi oēs ꝙ hmōi graue fm̄
actū exn̄s in potētia accidētali ad vbi deorsuꝫ ñ mouet
seipm̄ per se: sed solū per accidens: qḋ ꝓbant. Si moue-
ret seipm̄ p se: tūc oporteret ꝙ esset diuisibile per se: ꝛ in
T.c.28. partē per se mouentē ꝛ in ptē per se motā: fm̄ Arꝫ. i isto
8°. hoc aūt est īpossibile: sicut pꝫ in lr̄a. Nā ille ptes aut
essent partes quātitatiue ipsius grauis aut partes essen-
tiales per sufficiētē diuisionē. Nam partes quātitatiue:
qꝛ partes quātitatiue ꝛ fm̄ qualitatē sunt vni⁹ dispōnis
ꝛ virtutis. Uñ nulla est ratio: quare vna esset mouēs per
se: ꝛ alia per se mota. Nec parteſ essentiales: qꝛ oēs pteſ
essentiales sunt forma ꝛ mā pma: mā aūt pma nō potest
esse per se mota. cū sit ens in pura potētia ꝛ nullā resistē
tiam hꝫ ad mouēs. Semper eniꝫ dꝫ esse resistētia. vt ac-
T.c.71. cipit cōmē. 4. huius. ergo ipm̄ graue non mouet seipm̄.
per se. Tunc arguit vlteri⁹. cōstat ꝙ graue in actu sursuꝫ
existens remoto detinēte mouef deorsum: aut ergo mo-
uetur a generāte: aut a remouēte ꝓhibēs. nō a remouē-
te ꝓhibens: qꝛ cōtingit ꝙ dum lapis descendit deorsum
ipm̄ generās qḋ generauit lapidē est corruptū: ꝛ sic non
mouet. Et sīlr illud qḋ remouit prohibēs pōt esse corru
ptum dū lapis mouef deorsum. ꝫ nullū istoꝝ mouet ipꝫ
graue. quare relinquitur ꝙ ipsūmet mouet seipꝫ: nō p se:
vt ꝓbatū est. ergo per accidēs. Et si quis cōcederet eis
ꝙ ipꝫ mediuꝫ est illud qḋ mouet graue: tunc haberēt in-
tentū: qꝛ ipm̄ mediū nō mouet graue. nisi qꝛ ꝑus mouef
a graui. ꝛ sic iterū graue mouet seipm̄ per accidēs. Mo
dus aūt fm̄ quē contingit est iste. ipꝫ graue remoto deti-
nente mouet mediū: puta ipm̄ aereꝫ aut aquā a qua con
tinef. ꝛ ideo necessario ipm̄ graue mouef moto medio.
Et exēplificāt fm̄ cōmētatorē in 4° celi ꝛ mūdi. homo
exn̄s in naui ꝛ mouēs ipsaꝫ nauē mouet seipm̄: ꝛ hoc p
accidens. sic in ꝓposito suo modo. ꝛ dicūt istā esse inten
tionē Arꝫ. ꝛ cōmētatoris in isto. 8. ꝛ. 3. ꝛ. 4. celi ꝛ mūdi.
¶ Et si dicaf istis ꝙ causa per accn̄s reducif ad cāꝫ per
se. vt satis pꝫ ex 2° hui⁹. si ergo ipsuꝫ graue facit ꝛ causat
T.c.66. suuꝫ motū per accidēs. opꝫ hmōi motus esse cāꝫ aliquā
per se ꝛ remanet questio de ista cā que sit. Et ipsi possent
respōdere ꝙ cā per accidēs reduci ad cām per se: pōt in
telligi dupl̄r. Uno mō ꝙ illa cā per se sit per se causa illi⁹
eiusdē effectus. Cui⁹ cā est illa cā per accidēs: ꝛ hoc nō
est verꝫ: fortuna enim ꝛ casus sunt cause per accidens. vt
T.c.52. patuit in. 2. huius. ꝛ nō reducunf ad causas per se q̄ sint
cause per se illoꝝ effectuū: q̄ sūt a casu ꝛ a fortuna. Alio
mō nō pōt intelligi ꝙ causa que est cā per accidenſ redu
citur ad cām per se que est cā illius effectus vel alicuius
alterius effectus quē cōcomitaf effect⁹ illi⁹ cause per ac
cidens. ꝛ hoc est verꝫ. Modo ipm̄ graue qḋ est cā per ac
cidens sui motus bñ reducif ad cām per se que est cau-
sa alicuiuſ alteri⁹ effect⁹. ipm̄ enim graue est per se cā mo
tus mediꝫ ꝛ ipm̄ motum mediꝫ consequif motus grauiſ.
Et posset obijci ꝛ forte insolubiliter: qm̄ lꝫ cā per accn̄s
q̄ est casus aut fortuna nō reducatur ad aliquā cām per
se illius effectus: tn̄ alia causa accidētalis alicui⁹ effect⁹
per se reduceref in aliquā cām p se: hui⁹ aūt fides est ex
inductione. Aperiens. n. fenestrā que est causa per accn̄s
illuminationis reducif ad cām per se agentem lumen. s.
ad corp⁹ luminosum. sīlr si musicus edificat per accidēs
reducif ne ēio ad edificationē que est per se cā agens ꝛc̄.
Et dicunt vlterius. qꝛ cum lꝫ ꝙ ipsum graue sit in poten
tia accidentali solum ad talē motū: nullo modo indiget
mouente qḋ per se sit causa ipsius mot⁹. Sed sufficit mo
tor vel causa per accidens modo ꝑdicto. Dicūt ergo isti
ꝙ graue actu per se mouet mediuꝫ: medium autēꝫ motū
mouet ipsum graue: nō quidem per se: sed per accidens:
si enim medium p sui motum per se moueret graue cum
ipsum graue sit causa per se motus: mouet enim mediuꝫ
essentialiter per cōmētatorem in. 2. celi ꝛ mundi. sequif
necessario ꝙ graue moueret seipsum deorsum per se: qꝛ
quicquid est causa cause per se est causa causati: tunc igif
ipm̄ graue cū sit per se causa motus aeris. Si mot⁹ aeris
est per se causa mot⁹ grauis: nēc̄ est ꝙ ipm̄ graue sit per
se causa sui motus: ꝙ isti habēt pro īpossibili. nullā ergo
causam per se motus grauis in actu dicūt esse querēdaꝫ
eo ꝙ sit solū in potentia accidentali ad talē motū. Sed
istud mihi multum videf difficile: qꝛ omnis effectus per
se intentus ab aliquo ꝛ per se receptus in aliqua poten-
tia p se ordinata ad ipsum indiget aliquo agēte p se. Sꝫ
descensus grauis in actu ad vbi deorsum est quidā effe-
ctus per se intentus a natura ipsius grauis. hoc videtur
manifestū. Et ꝓbaf. qꝛ cōstat ꝙ ipsum graue actu exn̄s
sursum nālīter mouef ꝛ appetit ꝛ intendit vbi deorsum
cum sit eius perfectio ꝛ cōplemētū fm̄ Arꝫ. in isto cap°. T.c.32.
vbi dicit ꝙ graui eē est alicubi esse ꝛ sursum: cum aūt nō
possit fieri in vbi deorsum sine descensu: vt manifestum
est: opꝫ ꝙ per se intēdat ꝛ appetat naturaliter descēdere
deorsum. Descensus itaqꝫ grauis in actu est quidaꝫ effe-
ctus per se intentio ab aliqua natura: ꝛ cuꝫ hoc recipit i
aliqua potētia per se. i. per sui eēntiā ordinatā ad ipꝫ: qꝛ
certū est ꝙ ipsum graue actu hꝫ potentiam receptiuam
illius motus. aliter enim reciperetur impossibile recipit:
ꝛ cum illa potentia nō ordinetur ad receptionem illius
motus per aliquod aliud: relinquitur ꝙ per se ordinaf
ad illius receptionē. Quare autēꝫ dicitur potentia acci
dētalis dictū est prius ꝛ videbitur post. ergo ille motus
indiget agente per se. Detur enim ꝙ non dependeat ab
aliquo per se agente: nō esset per se intentus. Si dicatur
ꝙ sit per se intentuꝫ ab ipso graui per suam potētiā re-
ceptiuam ꝛ aptitudinem naturalem: tunc cuꝫ omni p se
potētie receptiue correspōdeat actiua: opꝫ ei assignare
aliquā potētiā actiuam. ergo motus grauis in actu indi
get agente per se: cuius oppositū dicebaf ab istis. ¶ Itē
quando aliqua sunt eiusdem speciei specialissime. si vnuꝫ
illorum necessario indiget agente per se. ꝛ reliquū. Hāc
recipio pro manifesta: sed motus grauis si mouetur de
potentia essentiali ad actum: ꝛ motus eius cum mouef
de potentia accidētali sunt eiusdem speciei specialissime
cum sint ad vnum vbi secūdū speciem: ꝛ motus grauis d
potentia essentiali indiget mouente per se vt cōceditur.
ergo ꝛ alius. ¶ Item omnis effectus qui non est casua
lis ꝛ fortuitus est per se intentus ab aliquo. Hec videf
manifesta ex 2° physicorum. Sed descensus grauis in T c.48
actu nō ē casualis nec fortuitus vt omnes concedunt.
immo est naturalis. ergo per se est intentus. ꝛ per conse
quens indiget agente per se. ¶ Item fortius: omnis mo
tus qui est a natura est ab aliquo ꝑncipio p se: sed omniſ
motus naturalis est a natura. ergo ꝛc̄. maior est manife T.c.3.
sta. qꝛ natura est per se ꝑncipiū ꝛ causa. vt patet in 2° h⁹.
ergo omnis motus qui est a natura ē ab aliquo ꝑncipio
per se minor etiaꝫ patet. Nā eodē modo motus natura
lis quidem est a natura. ergo sequif cōclusio. s. ꝙ omnis
motus naturalis est ab aliquo per se principio. Sed de-
scensus grauis in actu est motus naturalis: vt omnes

ↄcedunt.ergo rc̄. Iste descensus est ab aliquo per se prin-
cipio.aut ḡ a principio p se actiuo aut passiuo:aut vtro-
q3. Si primo r.3.modo habeo ppositū.si.2.modo adhuc
habeo ppositū. Nā principio per se passiuo corrn̄det ac-
T.c.17. tiuū principiū per se r ecōuerso:vt oēs confitent:r habe
tur in.5.metaph.cap° de potestate. Si ergo descensus
grauis sm actū idiget principio per se passiuo seu recepti
uo:necessario r idiget principio per se actiuo.r hoc ē qd
volumus. Et hanc rōnem reputo demonstratiuā.nō est
ergo bn̄ dictū q grave in actu indigeat solū agente mo
tū ei° per accn̄s r nullo modo per se. ¶ Alij aūt dicūt
aliter r ponunt q ipsuz graue in actu quādo est in potē
tia accītali ad motū deorsuz nō habet in se aliquā vir-
tutem actiuā sui motus:sed virtus actiua huius motus
grauis deorsuz est v̄tus ipsius loci nālis grauis.s.loci de
orsuz. Primū pbant:qz nihil agit in illud qd est indistin
ctū ab eo sm subaz.hanc habēt pro vera. Sz hoc ↄtin-
geret si ipsuz graue ageret suū motū deorsuz per aliquā
virtutē existem in eo. Nam illa virtus agens non posset
esse in vna parte ipsi° grauis determinata r alia ab illa
parte in qua recipit motus ille:eo q oēs partes q̄titati
ue ipsius grauis:sunt eiusdē rōnis r nature:vnde nō est
ratio:quare vna pars habeat virtutē actiuā sui mot°:r
alia pars habeat v̄tutē receptiuaz.r sic relinquit q illa
virtus agens motū grauis ageret ipm in illa eadē parte
grauis in qua esset vel reciperet:r sic agens nō eēt distin
ctū a subo r recipiente:qd est incōueniens.2m etiā pbat
per hoc qz motus grauis quāto ppinquior est centro tā
to fortior est r velocior:qd nō videt ↄtingere ppter ma
iorē grauitatē:sed solū ex virtute loci cui ppinquius sit
ipsuz graue. Sic igit ipsuz graue non mouet seipsuz nec
est de numero corp que mouent ab intrinseco:sed ab ex-
trinseco.s.a virtute loci nālis.r dicunt q ille motus col-
locatur sub illo motu ab extrinseco qui vocat tract°:de
T.c.10. quo loquitur Aristo.in.7.huius.ita q virtutes ipsi° lo-
ci naturalis ipsi° grauis trahūt graue ad se r facit ipsuz
descendere deorsuz.ipsum autem graue sic motum r at-
tractū mouet mediuz in quo est diuidendo ipsum:r pro
tanto dicitur mouere seipsum:vt dicunt.s.quia mouen-
do aliud per se mouet se per accidens. Et hanc sentētiā
attribuunt Arist.r Cōmentatori. ¶ Alijs vero nō pla
cet ista via:imo ipsam dicunt esse contra philosophuz r
Cōmentatorem in multis locis. Contra Arist.pro tan-
T.c.29. to quia vbi ipse inquisiuit ex intentione causam motus
talis.s.in isto.8.r in.4.celi.nunq̄ inuenitur dixisse istam
causam.s.virtutez naturalē ipsius loci naturalis:vt ma
T.c.30. nifestum est consideranti per totum. Item Aristo.in.4.
celi r mūdi.assignat differētia iter grauia r leuia:r alia
quedam mobilia.sicut sanabile r augmētabile:quia hu-
iusmodi.s.graue r leue videntur habere in seipsis princi
pium transmutationis.hec autem nō:sed ab extra r nō
est intelligendum principium passiuum solū:quia in hoc
non differunt grauia r leuia ab alijs. ¶ Itē si virtus na
turalis loci esset cā effectiua mot° grauis sequitur si po-
nerentur plures mundi q graue sm naturam suam ha-
beret tantam conuenientiam cum medio alterius mun-
di:sicut cuz medio huius mundi.ex hoc non sequitur q
graue equaliter motum moueretur ad mediuz alterius
mundi:sicut ad medium huius mundi:imo propter pro
pinquitatem eius ad medium mundi huius: ipsum citi°
mouebitur ad medium huius mundi:q̄ ad medium al-
terius mundi:quod est remoti° ab eo.virtus enim que-
cunq3 tractiua r actiua naturali actione ceteris parib°
efficacius agit in propinquum q̄ in remotum.r hoc etiā
concedunt isti:vt patet in sua ratione secunde cōclusio-
nis prius posite:ipsum ergo graue nō equaliter moueret
ad mediū alterius mundi:sicut ad medium huius mun-
di:qd est contra Arist.ibidem aperte.r contra Cōmen
tatorem qui volunt q ppinquitas aut remotio nihil fa
cit ad hoc q graue moueat ad mediū hui° mūdi vel al-
terius. Sz diuersitas motuū istorū nō est nisi per diuersi-
tatē suarū formarū subaliū. ¶ Item mouēs ppinquū
debet esse sil cū moto r ecōuerso:vt pz.7.hui°.r qz vir T.cō.11.
tus nālis loci deorsuz non apparet simul cū graui existē
te in loco sursum.ergo rc̄.forte dicet ad istud r ad p̄sens
q si esset ali° mūdus graue illius mūdi nō moueret actu
ad mediū huius mundi ppter elongationē motorū:nec
istud intēdit Aristo.sed intēdit q graue illius mūdi eēt
natū moueri ad mediū hui° mūdi:r hoc bene sequeret
cū esse eiusdē rōnis cū graui huius mundi:hoc aūt esset
irrōnabile q graue illius mundi esset natuz nāliter mo-
ueri ad mediū istius mundi:qz sic sequeret q esset natuz
nāliter moueri ad circūferentiā sui mundi:cū nō posset
puenire ad h° mūdi nisi ptrāseundo circūferētiā sui mū-
di:qd aūt nāliter est mobile ad aliquez terminū est nāli-
ter mobile ad mediū sine quo nō pōt puenire ad termi-
nū cū mediū sit illud in quo prius transmutās trāsmutat
q̄ extremū. Et est considerandū qd isti dicunt r multuz
subtiliter:q si v̄tus loci trahēs graue eēt cā motus ei°:
tūc demōstratio Arp.hic.r in primo celi.nullam haberet
efficaciā. Nā dato q hmōi v̄tus tractiua eēt in loco ter
re:illa virtus determinata esset r finita r ad determina
tam distantiā posset mouere r non vltra.s.ad concauū
orbis lune:qd maxime est loc° sursuz r distās ab eo ma-
xime accedendo ad motū grauiuz r leuium vel ad vlti-
mam circūferentiā huius mundi:dato igit q esset alius
mundus nulla cā esset q graue huius mūdi moueret ni
si ad mediū huius mūdi:qz virtus tractiua in loco terre
alteri° mūdi in nullo posset attingere ad graue hui° mū-
di:cū sic ista v̄tus limitata bis qui ad determinatā distā-
tiā mouēt r nō vltra:tūc nō posset terrā hui° mūdi illuc
trahere. Sz supponēdo q graue mouet ad mediū rōne
sue forme itrinsece.sic rō Arp.est demōstratiua oino:qz
rōne illius forme tantā cōuenientiā hēt in nā cuz medio
alterius mūdi:q sm phz ponit eē eiusdē spēi cū medio
hui° mūdi:sic hz cū medio istius mundi. Sequit necio:
si plures essent mūdi eiusdē spēi r graue aliqd hui° mū-
di esset extra centrū magis faceret se v̄tus mediū huius
mūdi q̄ alterius. Ex quo pōt euidēter ↄcludi q Aristo.
suppōit graue r leue moueri a suis formis subalib° acti
ue. ¶ Itē arguit auctib° Cōmētatoris:primo auctorita
te ei° in.7.huius.cap° illo.qm autez motus.vbi dicit.q T.c.10.
cū attrahēs nō mouet cū attracto nō ē attractio in rei
veritate:de qua loquit phs ibidē:sed equiuoce.cū ergo
sm istos mot° grauis est a virtute nālipsius loci attra-
hente ipm:q attrahens nō mouet cū attracto.s.ipo gra
uius.sequit q mot° grauis nō est motus tractus de quo
loquit ibi phs. Et cōstat q motus grauis non contine-
tur sub aliqua specie motus ibi enumerata.s.pulsuz ver-
tiginem aut vectionem r nō plures sunt spēs motus eo
rū que mouent ab alio:sequit q graue non est de nūero
corū que mouent ab alio. Omne aūt qd mouet aut mo-
uet ex se aut ab alio:vt ibidē habet:ḡ relinquit q gra-
ue mouet a se:r hec sūt verba Cōmētatoris. Attractio
in qua attrahens est quiescēs r attractū nō est motū nō
est attractio in rei v̄itate:r parū post ostēdit q iste mo-
dus motionū si dicat attractio nō intēdebat ab Arist.
in hoc nomine attractio:cum collocet in eis que mouē
tur ex se:r nō debet itelligi q mouet ex se solū passiue:
quoniaz qdcunq3 motuz passiue mouet ab aliquo prin-

cipio intrinseco.ergo intelligit ꝙ ille motus continetur
sub illis que mouent̄ ex se actiue. ¶ Item Cōmentator
Cō.21. in.4.celi.dicit ꝙ in corporibus simplicibus idez est mo-
uens ⁊ motū: ⁊ differūt solū ſꝫ modū. Et dicit etiā ꝙ la
pis mouet se inq̄tum actu grauis: cū igit̄ sit actu grauis
per eius formā intrinsecā: ⁊ nō per motū aliquē aut tra
ctū ab alio receptū neqꝫ per v̄tutē loci: sequit̄ ꝙ mouet
se per suā formā. ¶ Item dicit ibi ꝙ forma eius mouet
inq̄tum est forma: sed manifestū est ꝙ forma grauis nō
est aliquis motus vel tractus recept⁹ ab aliquo neqꝫ vir
tus nālis sui loci. ¶ Itē in eodē cōmēto paulopost dicit
ꝙ ille motus.s.lapidis deorsuz nō est motus p̄mus: neqꝫ
eēntialis a motore extrinseco: sꝫ a forma moti: sꝫ forma
ipsius moti.s.lapidis nō est tractus aliquis. ¶ Item per
exēplū Cōmētatoris manifestū est hanc fuisse eius intē-
tionē.s.ꝙ graue per suā virtutē mouet seipꝫ. Exemplifi
cat eniꝫ de hoie mouēte nauē: ⁊ per hoc mouēte se. Cō-
stat aūt ꝙ hō in naui exn̄s mouet nauē per suā virtutez
actiuā ⁊ non solū ꝑ aliquē motū receptū ab alio. Si.n.
homo exn̄s in naui moueret nauez ꝑ hoc ꝙ aliq̄s extra
nauez traheret ipm̄ hoiem: ad cuius tractū sequit̄ mot⁹
nauis: nullus deberet dicere ꝙ hō ille exn̄s in naui essen
tialiter moueret nauē: sꝫ alius sup terrā trahēs ipꝫ essen
tialiter moueret nauem. Si igit̄ istud exemplū Cōmen-
tatoris declarat suū ꝓpositū opꝫ ꝙ graue per suā v̄tutē
actiuā mouet mediū. ¶ Itē hoc pꝫ ex alio dicto Cōmē
tatoris: dicit enim ꝙ homo nō mouet se accn̄talr̄: nisi qꝛ
mouet nauē essentialr̄. ergo cū graue moueat se accn̄tali
ter ſꝫ Cōmentatorē necesse est ꝙ moueat aerē essentia-
liter: sꝫ nō moueret aerē essentialr̄: si solū moueret ipsuꝫ
per motū quēdā ab alio receptū: sicut nec baculus mouet
lapidem eēntialr̄: sꝫ per accn̄s.s.per motū ipsius manus
.s.per motuꝫ ab hoie receptū. ¶ Item vna expressa au
Cō.24. ctoritas Cōmētatoris est in.4.celi ⁊ mūdi. vbi dicit.ꝙ
quedā habent p̄ncipiū transmutationis qd̄ mouet ea nō
ab extrinseco ve graue ⁊ leue. ⁊ quedā habent p̄n^m trās-
mutationis ab extrinseco nō ab intrinseco: vt sanabile.i.
trāsmutabile ad sanitatē: ⁊ certū est ꝙ ipse loquit̄ de p̄n
cipio actiuo: quoniā sanabile hꝫ p̄ncipiū passiuū intrinse-
cū sicut ⁊ graue. Ex oībus his auctoritatibus manifestū
est ꝙ ꝯtra Cōmentatorē est graue ſꝫ actū moueri a v̄tu
te nāli loci: ita ꝙ nō hēat in se p̄ncipiū aliud actiuum sui
motus. ¶ Ad rōnez istoꝝ cū dicunt ꝙ nihil agit in illō
qd̄ indistinctū est ab ipso ſm subꝫ: istam negat Cōmēta-
tor in multis locis in.4.celi ⁊ mūdi. vbi Cōmētator lo-
quens de motu grauiū ⁊ leuiuꝫ vult ꝙ in eis mouens ⁊
motū sint idez ſm potētiā vel ſm spēm: vt hꝫ alia litte-
Cō.30. ra: ⁊ etiā ſꝫ modū. Et in.3.dicit ꝙ licet in lapide motor
sit idē cū moto: tn̄ non eodē modo manet. Item dicit ꝙ
forma grauis mouet ipm̄ inq̄tum est forma ⁊ mouet̄ in-
q̄tum est in mā. Et constat ꝙ ibi mouēs ⁊ motū nō sunt
distincta a seipso loco ⁊ subiecto. ⁊ sic in multis aliꝭ. Itē
posset instari per multas alias auctoritates: sed pertrā-
seo: qꝛ hec sufficiūt q̄tum ad hoc. ¶ Ad rōnem scđe cō
clusionis istoꝝ cū ipsi dicūt ꝙ causa maioris velocitatis
motus grauis ꝓpe centrū q̄ lōgius non est nisi virtutis
loci cui ꝓpinquius est ipm̄ graue: ista pōt negari: quoniā
si sic esset sequit̄ ꝙ motus duoꝛuꝫ corpoꝝ eiusdem leui-
tatis: quoꝝ vnū incepit descendere a sphera ignis ⁊ ali-
ud iuxta terrā essent equalis velocitatis per equale spa
tiuꝫ in fine motus: cuius contrarium est manifestum. Et
si diceretur ꝙ multitudo partiū aeris insequentiuꝫ mo-
tuꝫ corpus ab altiori loco: sit causa maioris velocitatis:
tūc virtus loci vel ꝓpinquitas ad eum non est eius cau-
sa: ⁊ sic recederet̄ a priori dicto. Si autē queritur que sit
eius causa cuꝫ ꝓpinquitas loci non sit eius causa. Forte
dicendū ſm aliquos ꝙ hoc contingit propter scissuram
plurium partium aeris insequentiuꝫ in fine q̄ prius. Ex
hoc enim vt dicunt ipsum graue acquirit quandam ve-
locitatem accidentalem maiorem q̄ prius.

His visis restat dicere ad qōnez ꝓpositā quā-
do querit̄ vtꝝ graue inanimatū mo
ueat seipsum de potētia accn̄tali ad actū. Et credo ꝙ ꝓ
babiliter posset dici ꝙ hmōi graue est ꝑ se motiuum sui
ipsi⁹: qd̄ sic ꝓbo. Omne illud qd̄ habet in se per sui nām
potentiā actiuam sui motus ⁊ potentiaꝫ per se recepti-
uam illius est per se motiuum sui ipsius. sed graue inani
matum actu existens graue est hmōi. q̄re ⁊c. maiorē ꝓ-
positionem accipio pro manifesta: sicut eniꝫ illud qd̄ est
diuisibile in partem per se mouentem ⁊ partē per se mo
tam est per se motiuum sui ipsius: vt omnes concedunt:
⁊ habet̄ ab Arist. in isto.8. sic illud qd̄ per sui nāꝫ habet T.c.27.
per se potentiam seu virtutem per se actiuam sui motus
⁊ potentiā per se receptiuā ei⁹ est motiuū per se sui ipsi-
us: nec video causaꝫ aliquā diuersitatis rōnabilē. Et de
claro minorem. Cū enim motus ipsius grauis per se in-
digeat aliqua causa per se actiua sui mot⁹: vt ꝓbatū est
supius. Quero quid sit hmōi cā ꝑ se actiua propinqua.
Necesse eniꝫ est dicere ꝙ ista cā sit nālis grauitas ipsius
grauis vel v̄tus loci nālis vel motus ipsi⁹ mediꝗ vel vir-
tus generātis: aut remouens ꝓhibens: sed non pōt esse
remouens ꝓhibens nec ipsum gn̄ans: qꝛ ꝯtingit vtrūqꝫ
istoꝛuꝫ non esse: cum graue actu descendit. vel non esset
imediata ⁊ contigua ipsi graui. Mouens autē ꝓpinquū
⁊ imediatū vult simul esse cum moto: ita ꝙ inter ea non
sit aliqđ medium nec plenum nec vacuū: vt demonstra-
tū est in.7. nec virtus loci nālis potest esse illud p̄ncipiū T.cō.11.
actiuum ꝓpinquum: vt ꝓbatum est p̄us nec motus me-
diꝗ potest esse p̄ncipium per se actiuum illius motus: qđ
ꝓbatur multipliciter. Primo qꝛ ipsum graue actu exn̄s
in potentia accidentali nō indiget motore extrinseco ꝑ
se vt omnes concedunt: etiaꝫ qui tenent partem opposi
tam. ¶ Itē causa per se nō est posterior nāliter ipso cau
sato: vt manifestuꝫ est cuilibet intelligenti: ⁊ habetur in
predicamētis: ⁊ in p̄mo posterioꝝ. Nunc aūt mot⁹ me-
diꝗ est posterior nāliter: cuꝫ consequatur motum grauis
mouētis ipsum mediū: corpus eniꝫ nō mouet aliud cor-
pus motu locali imediate: nisi p̄us nāliter moueat̄: sicut
videmus ꝙ celum qđ mouet spheram ignis p̄us nāliter
mouetur: simil̄r aūt ⁊ vl̄r in aliꝭ. Quāuis enim possibi-
le sit ꝙ aliqđ corp⁹ actu quiescens a motu locali moueat
localiter aliđ corpus mediāte aliquo alio corpore alte-
rato ab ipso: vt magnes trahit ferrū per hoc ꝙ alterat
mediū: ⁊ mediū alteratum alterat ferrum dando ei ali-
quā virtutez qua mouet se ad magnetem: vt docet Cō-
mentator in p̄mo.7.⁊.8.huI⁹. Tamē nō videt̄ possibile 7 phy. Cō.10.
aliquod corpus nō motuꝫ p̄us motu locali mouere im-
mediate aliud corpus localiter: quomō eniꝫ manus mo
ueret baculū motu locali: nisi p̄us naturaliter moueret̄
manus: ⁊ quomodo chorda arcus moueret sagittā nisi
prius chorda moueret̄. ergo sil̄r ipsum graue ſm actum
non moueret ipsum mediuꝫ localiter: nisi prius natura-
liter moueret̄. Motus igitur grauis est p̄or naturaliter
motu ipsi⁹ mediꝗ: effectus aūt cause agētis per se nō vi-
detur esse prior naturaliter ipsa sua per se causa. Iteꝫ cū
duo motus se concomitanter. quorum vnus est natura-
lis ⁊ alius est violentus ⁊ preter naturam. rationabil̄⁹
videtur ꝙ motus naturalis sit causa violenti: aut nō na
turalis q̄ ecōuerso. sicut mot⁹ celi ⁊ motus ignis cuꝫ sua
sphera se ꝯcomitant̄: ⁊ mot⁹ celi qui ē nālis est cā actiua

motus naturalis ipſius ignis quo preter naturā propriam mouetur circulariter: vt oſtenditur in p̄mo metheo. cū ergo motus ipſius grauis ſit nālis ad deorſuz: vt oēs confitent: ⁊ motus aeris quo mouet deorſuz non ſit nālis ipſi aeri: vt etiā manifeſtū eſt. rōnabilius videt ꝙ motus grauis ſit cā motus aeris ꝙ̄ ecōuerſo. Relinquit ergo ꝙ nullū aliud eſt p̄ncipiū actiuū per ſe imediatū motus grauis niſi eius grauitas. Cuz ergo per ſui nām hēat grauitatē ſequit ꝙ per ſui nām h₃ potētiā actiuā ſui motus. Qȝ aūt h₃ potētiā per ſe receptiuā ſui mot⁹. hoc p₃:
T.c.17. q: omni potētie per ſe actiue corrn̄det potētia ꝑ ſe paſſiua: vt ſatis p₃ ex. 5. metaph. cū igit ipm graue hēat virtutez per ſe actiuā ſui motus op₃ eſſe potentiaz receptiuam per ſe illius. Et cōſtat illā nō eſſe in alio niſi in ipſo graui: nihil enim recipit motū grauis niſi ipſuz graue. ergo graue h₃ in ſeipſo potentiā per ſe receptiuā ſui mot⁹ ⁊ illā potentiā h₃ per ſui nām: per quid enim aliud hēret eā nō eſt dare ⁊ ſi fingendi detur licētia. Et cōfirmat: q: certū eſt ꝙ graue ſm actū per ſui nām h₃ aptitudinē ad recipiendū vbi deorſum. ergo per ſui nām h₃ potentiaz ſeu aptitudinē ad recipiendū motuz cuius terminus eſt vbi deorſuz. Sicut eniz ab eadē v̄tute actiua eſt motus ⁊ termin⁹ motus: vt vult Cōmētator in. 2. celi ⁊ mun. ſic eadē eſt potētia receptiua motus ⁊ termini mot⁹. ſic igit manifeſtū eſt ꝙ graue h₃ potētiā per ſe actiuā mot⁹ ſui ⁊ potentiā etiā per ſe receptiuam: ⁊ vtrūq₃ h₃ per ſui nāz. q̄re ergo nō eſſet motiuū ſui ipſius per ſe? ¶ Itē arguitur ſic. Omne illud qd̓ nāliter eſt motiuū ſui ipſi⁹ per ſui nām eſt motiuū ſui ipſius: hoc eſt manifeſtū: ſed ipm graue ſm actū eſt nālr motiuū ſui ipſius vt oēs ꝯcedūt. Cū eniz nō ſit motiuū ſui ipſi⁹ per violentiā: ⁊ tn̄ mouet ſeipſuz vt ꝯcedit. Relinquit ꝙ nālr eſt motiuuz ſui ipſius. ergo per ſui nām eſt ſui ipſi⁹ motiuū: ſ₃ per ſe ⁊ per ſui naturā ſunt idē. ergo ſequit ꝯcluſio p̄ncipalis. ſ. ꝙ actu graue eſt per ſe motiuū ſui ipſius. Sed ꝯſiderandū ꝙ q̄uis actu graue ſit per ſe motiuū ſui ipſius: tn̄ nō mouet ſeip̄z de po᷑ eēntiali ad actū: q: qd̓ nō ē in po᷑ eēntiali ad actū nō mouet ſeip̄z de po᷑ eēntiali ad actū: h̓ ē manifeſtū. Sed graue ſm actum ex̄ n̄s in potētia accn̄tali nō eſt in potētia eēntiali. Dico eo mō quo graue in potētia eſſentiali licet aliquo modo poſſet dici eſſe in potētia eēntiali: vt videbit poſt. Contra hanc pōnem ſunt dubitationes nō pauce. Primo. n. iſta poſitio videt eſſe ꝯtra Ari.
T.c.27. in iſto. 8. in illo cap⁰. Mouentiū q̄dē igit ⁊ eoꝝ que mouent. vbi dicit aperte ſic. Et nām ipſam a ſeipſis differre impoſe eſt: ⁊ loquit ibi de graui ⁊ leui iaiato. Uitale enī hoc ⁊ ꝓprium aiatoꝝ eſt: ⁊ hoc ꝓbat multis rōnib⁹: vt
T.c.31. p₃ ibidē. Item in ſequēti cap⁰. S₃ accidit ⁊ hic ab aliq̄ moueri: verſus finē loquēs de grauib⁹ ⁊ leuib⁹ inaiatis: ⁊ dicit ſic. Qd̓ quidē igr̄ nihil hoꝝ vel ipm ſeip̄z mouet manifeſtū eſt. Sed pōt motus eſſe p̄ncipiū nō mouendi nec faciēdi: ſed patiendi. cuius oppoſitū dicebat. ¶ Itē auctes q̄ multe Cōmētatoris vident eē ꝯtra iſtā pōnē. Primo q: dicit Cōmētator i. 3. celi. cōmē. 28. ꝙ declaratū eſt de elemētis ꝙ nō enumerant inter ea que mouentur ex ſe cū nō mouent in loco niſi a gn̄ante. Et in eodē cōmēto v̄ſus finē dicit ſic. lapis. n. nō mouet ſe eſſentialiter: ⁊ cū ita ſit ⁊ omne qd̓ mouet ſe accn̄talr neceſſe eſt vt moueat ſe: q: eſſentialr vel nāliter mouet aliud motū a ſe. vbi grā. hō nō mouet ſe accn̄talr in naui: niſi q: mouet nauē eſſentialiter ⁊ ꝯtingit ſic. lapis igit non mouet eēntialr niſi aerē in quo eſt ⁊ mouet ſe: q: ſequit motum aeris: ſicut de hoīe cū naue. Itez dicit Cōmētator ꝙ potentia p̄cedēs hunc motū. ſ. grauis ⁊ leuis in actu: nō eſt in moto niſi violēte. Ex quo manifeſte vult ꝙ graue ſm actū nō eſt in potētia ad motū deorſū niſi per violentiā. qd̓ aūt ineſt alicui per violentiā non ineſt ei nāliter neq₃ per ſe: vt eſt manifeſtū. ergo ip̄z graue ſ₃ actū nō h₃ per ſe potentiā receptiuā mot⁹ deorſuz: cui⁹ oppoſitū dicebat i pōne. ¶ Itē in eodē. 4. celi. dic̄ Cōmēta. hec verba. Et q: mouens ⁊ motū eēntialr ſunt relatiua neēe eſt Cō.26.
vt ſint duo ſm pōnem: ⁊ q: motor ⁊ motū in lapide ſūt idē ſm pōnez ⁊ duo ſm modū neceſſe eſt vt nō ſint relatiua niſi accn̄talr: ⁊ ꝙ motor in eis eſſentialr ſit gn̄ans ⁊ motū gn̄atuz. Et ex oībus iſtis verbis ⁊ alijs ꝯſimilib⁹ videt ꝙ iſta poſitio que dicit ip̄z graue eē per ſe motiuū ſui ipſius eſt falſa ⁊ ꝯtra Cōmētatorē manifeſte. ¶ Itē arguit per rōnes: q: illud qd̓ non eſt in po᷑ eſſentiali ad aliquez actū nō indiget agēte ꝑ ſe mouente ad illū actū: ſ₃ graue actu nō eſt in potentia eſſentiali ad vbi deorſū: ſ₃ in po᷑ accn̄tali: vt oēs ꝯcedūt ⁊ p̄us eſt ꝯceſſuz. ergo ⁊c. ¶ Itez ſi graue eſſet per ſe motiuū ſui ipſi⁹: tūc nō indigeret medio i ſui motu: ſ₃ hoc eſt falſuz: vt p₃ ex. 4. phy. T.c.17.
⁊ Cōmentator dicit in. 3. celi ⁊ mūdi. ꝙ ſi auferet mediuz Cō.28.
in iſtis: ita ꝙ per vacuū eſſet nō eſſet poſe in eis vt mo- Cō.28.
uerent: ⁊ idē dicit in. 3. celi ⁊ mūdi. Aer igit ⁊ aqua ſunt neceſſaria in motu lapidis: ⁊ hoc eſt illd̓ qd̓ ꝓpoſuimus declarare. ¶ Itē ſi graue inaiatū eſt motiuū ſui ipſius ꝑ ſe: tūc idē ⁊ ſm idez ſimul erit actiuū ⁊ paſſiuū reſpectu eiuſdem: qd̓ videt impoſe: vt p₃ in iſto. 8. ⁊ ꝓbat ꝯn̄s. q: T.c.32.
motiuū ſui ipſi⁹ eſt actiuū ſui mot⁹ ⁊ receptiuū eiuſdem: modo hoc nō poterit eſſe ſm diuerſa: q: illa diuerſa aut eſſent mā ⁊ forma: ita ꝙ rōne māe vel ſm mām reciperent motū ⁊ ſm formā agerent ipſuz: aut eſſent diuerſe ptes q̄titatiue: nō p̄mo mō: q: mā ipſi⁹ grauis eſt mā p̄ma que nō pōt eſſe receptiua mot⁹ ꝓprie dicti: vt habet in. 5. hui⁹. ⁊ idez vult Cōmentator in iſto. 8. ergo ipa mā nō T.c.8.
eſt illud rōne cui⁹ graue recipit ſuū motū: ⁊ ſic relinquit ꝙ recipit ipm ſm formā: ⁊ ꝯſtat ꝙ agit ipm ſm ſuā formā ſubalem p̄ncipalr: ⁊ ſic erit actiuū ⁊ paſſiuū ſiml ſm idem ⁊ reſpcū eiuſdē effect⁹ qd̓ v̓ oīno abſurdū. q̄re ⁊c. ¶ Itez ſi graue eſſet ſui ipſi⁹ per ſe motiuū: tūc ꝓbatio Ari. qua voluit ꝯuincere aliquē eſſe motorē imobilem nullā efficatiā hēret: qd̓ eſt valde icōueniēs: ⁊ p₃ ꝯn̄a: q: illa rō Ari. p̄ncipalr ſuſtentat ſuꝑ eo ꝙ oē qd̓ mouet ab alio mouet. Et q: nō ꝓcedit in infinitū in mouentib⁹ ⁊ i mobilib⁹ op₃ deuenire ad motorē qui nō mouet. Poſſet ergo dici ad hāc rōnez ꝙ nō ꝯcludit: q: q̄uis nō ꝓcedat in infinitū in mouentib⁹ ⁊ mobilib⁹: tn̄ nō op₃ deuenire ad motorem qui nō mouet: imo ꝑuenit ad motorez qui mouet: nō quidem ab alio ſ₃ a ſe ipſo ſic̄ graue remoto detinente mouet a ſeipſo: ⁊ ſic v̓ ꝙ rō Arꝫ. non valeret oīno qd̓ eſt fatuū ꝯcedere. q̄re ⁊c. ¶ Ad p̄ᵐ iſtoꝝ dico breuiter ꝙ Arꝫ. nō itēdit negare niſi ꝙ ip̄z graue iaiatū mouet ſeip̄z ꝑ ſe de potētia eēntiali ad actū: nō aūt dicere vult ꝙ nō ſit ꝑ ſe motiuū ſui ipſi⁹ de potētia accn̄tali: ⁊ h̓ mō pono ip̄z mouere ſeip̄z ꝑ ſe. i. ꝑ ſui nāz. Cū ergo dic̄ Arꝫ. ꝙ h̓ eſt vitale. ſ. mouere ſeip̄z localr ⁊ ē ꝓpriū aiatoꝝ. Ueꝝ ē mouere ſeip̄z de po᷑ eēntiali ad actū: ip̄z. n. aial h₃ potētiā eēntialē ad talē motū: eo ꝙ ipſi aiali dū ē aial actu p̄t deficere aliq̄ eēntia neccia req̄ſita i ipo ad talē motū. ſ. ſpēs ipſi⁹ appetibilis: ꝑꝑ qd̓ o₃ moueri: ⁊ actuo mouēdi q̄ ē p̄nᵐ ꝓpinquū talis mot⁹ ꝓceſſiui: vt h₃ videri. 3. de aīa. ⁊ i de motib⁹ aialiū. S₃ graue iniatū vt lapis ⁊ hmōi nō ſic ē i po᷑ eēntiali ad ſuū motū: q: nlla po᷑ q̄ ſit nata eē i ipo ⁊ req̄ſita ad talē motū ⁊ ꝓſuppoſita ad talē motū deſic̄ ei: imo i ſe h₃ oēz eēn᷑ q̄ natū eſt hēre qd̓ o₃ eē p̄nᵐ ꝑ ſe talis mot⁹: ⁊ iō nō ē in po᷑ eēntiali ad hmōi motū: eo mō q̄ ſil̓ aial eſt in po᷑ eēntiali q̄re nō mouet ſeip̄z de po᷑ eēntiali tali mō: ⁊ ſic itelligēdū ē dēz

Ari. ¶ Ad auctoritatē sequentē dico ꝙ ipse intelligit:
⁊ loquit̄ de graui in potentia essentiali. Illō eniꝫ sine du
bio nō hꝫ in se p̄ncipiū actiuū motus deorsum q̄diu est
graue in potentia eēntiali: sꝫ solū hꝫ p̄ncipiū passiuū in
se ad recipiendū formā quā ꝯsequit̄ talis motus. verbi
gratia. Aer q̄diu est aer est graue in potentia essentiali
⁊ ad motū deorsuꝫ: ⁊ tūc nō hꝫ p̄nm actiuū motus deor
sum: sed p̄ncipiū receptiuū forme grauis quā ꝯsequitur
ille motus. s. māꝫ: ⁊ hꝫ bn̄ potentiā receptiuā illius mo
Cō.4. tus: que quidē poª tēporis p̄cedit ipm motū s̄m Cōmē
Cō.32. tatorē in isto .8. ꝓpe p̄nm. Et in isto etiā capº vbi vult ꝙ
potentia tempore p̄cedens motū grauis aut leuis est in
illo ex quo gn̄atū fuit graue aut leue. Sꝫ actu graue bn̄
pōt hr̄e p̄ncipiū per se actiuū sui descēsus ⁊ per se p̄nci-
piū receptiuū modo p̄us dico. Nec istud intendit Ari.
vt puto negare. Verū enim est ꝙ actu graue nō indiget
Cō.32. motore per se extrinseco. ⁊ hoc plane dicit Cōmentator
in isto capº vbi loquit̄ sic. potentia eniꝫ ad motū quā cō
tingit inueniri in corpore simplici qn̄ impedit̄ in tempo-
re sue gn̄ationis quin moueat ad suū locū nālē ab aliquo
īpedimēto qn̄ gn̄atur in loco extrinseco: aut qn̄ ipm exit
a suo loco nāli ab aliq̄ extrahente: nō indiget ad hoc ꝙ
exeat in actū motore extrinseco essentialr̄ cū sit potētia
accn̄talis: sed nō negat ipm indigere motore intrinseco
vt dcm̄ est p̄us. Per idē ad auc̄tē Cōmētatoris: cū ipe
dicit in .3. celi ⁊ mun. qō declaratū est de elementis ꝙ nō
mouent̄: dico ꝙ ipse itendit ea nō mouere seipsa de po-
tentia essentiali ad actū: sꝫ ex tali potētia mouet̄ a gn̄an
te: ⁊ hoc est qō subdit cū nō mouent̄ in loco nisi a gn̄an-
te. hoc eniꝫ nō pōt intelligi de motu grauis actu exn̄tis
in poª accn̄tali: qꝛ ꝯtingit cū tale graue mouetur gn̄ans
qō est corruptū. Relinquit̄ ꝙ ipse intelligit de illo motu
cui corr̄ndet potentia essentialis. ¶ Ad aliā cū dicit̄ ꝙ
lapis nō mouet se essentialr̄: dico ꝙ veꝝ est de potentia
essentiali modo p̄supposito ⁊ exposito: sꝫ bn̄ mouet se-
ipsum per sui nām de potentia accn̄tali: ⁊ simul dū mo-
uet seipsum de potentia accn̄tali mouet aliq̄d aliud de
potentia essentiali. s. mediū in quo mouet̄ simul dico tē-
pore. Et hoc est qō vult dicere Cōmētator i v̄bis sequē
tibus: cū dicit. Et omne qō se mouet accn̄talr̄. i. de potē
tia accn̄tali: necesse est vt moueret se qꝛ essentialr̄ mouet
aliqō motū a se. i. ita ꝙ simul mouet essentialr̄ aliq̄d ali-
ud a se: ita ꝙ lr̄: qꝛ. ibi dicit ꝯcomitantiā ⁊ nō ꝓprie cau
salitatē. motº enim mediꝫ nō est ꝓprie ⁊ per se cā motus
grauis per mediū descēdētis sꝫ magꝭ ecōuerso. motº gra
uis oꝫ esse cā motº mediꝫ: vt p̄us dictū est. Qō igit̄ con-
cludit Cōmētator ꝙ lapis nō mouet eēntialr̄ nisi aereꝫ.
veꝝ est de potētia essentiali ⁊ mouet se: qꝛ sequit̄ motuꝫ
aeris. i. mouet se tali motu ꝙ ꝯcomitat̄ motū aeris. Et si
aliquis velit dicere ꝙ lapis mouet se: qꝛ mouet aerē. i. ꝙ
ipse motº aeris sit cā actiua motº lapidis. Tunc querat̄
an ipse motº aeris sit per se cā descēsus lapidis aut pure
per accn̄s Si dicat̄ ꝙ est cā p se actiua: tūc arguit̄. quic-
quid est p se cā cause est per se cā causati. hec est manife-
sta cuilibꝫ itelligenti: sꝫ ipsuꝫ graue est p se cā actiua mo
tus talis vt ꝯcedit̄. lapis eniꝫ mouet aerē essentialiter: si
igit̄ motº aeris est per se cā motus grauis: ⁊ sequit̄ vlte-
rius ꝙ ipsuꝫ graue sit per se actiuū sui motº grauis: ⁊ sic
graue hꝫ per se potentiā actiuam sui motus: ⁊ illa nec̄io
requirit potentiā per se receptiuā ipsius: que non potest
esse nisi in ipomet graui: vt manifestū est: igit̄ actu graue
hꝫ potentiā per se actiuā ⁊ potentiā per se receptiuā sui
motus ⁊ vtraq̄ inest ipsi graui per eiº nām: q̄re relinquit̄
ꝓpositū principale. s. ꝙ graue sit per se motiuū sui ipsius.
Si autem diceretur ꝙ motus aeris est cā actiua motus
grauis solū per accn̄s: hoc est impole: qꝛ sola per se sunt
necessaria ⁊ oia sunt per se: vt vult Arist. ⁊ lincon̄. super
p̄m poste. illo capº. Si igit̄ demōstratiua scia est ex neces
sarꝭs. Et idē habet̄ ex multis alꝭs auc̄tibº Ari. vt ostn̄-
sum fuit in p̄mo huiº mō ꝯstat ꝙ motus mediꝫ factus a
graui descendente: sic̄ est actiuus motus grauis: ita ne-
cessario est esse actiuº: nunq̄. n. ꝯtingit ꝙ graue moueat
mediū quin illud motū moueat ipm graue: supposito ꝙ
ipm. qn̄q̄ moueat actiue: vt manifestū est cuilibet intel-
ligenti. Sic hoc nō ꝯueniret ipsi motui aeris solū per ac
cidens sꝫ per se. s. ꝙ esset actiuº talis motus. ¶ Itē si sic
dicat̄ sequit̄ ꝙ motus mediꝫ est cā actiua motus grauis
solū per accn̄s. Querit̄ quid est illō accn̄s: ⁊ forte nō po
terit assignari ⁊ si fingendi detur licentia. ¶ Iteꝫ omne
p accn̄s ꝯtingit nō esse. 8. huiº. ⁊ .10. metaph. Si ḡ motº T.c.36.
aeris in quo graue descendit esset cā actiua illiº motus T.c.26.
pure p accn̄s: tūc ꝯtingeret illō nō esse actiuū illius mo-
tus: ⁊ sic graue descenderet i medio: ⁊ tn̄ nō moueret̄ ac
tiue ab ipso medio qō haberet̄ ꝓ impoli s̄m istos. Re-
linquit̄ ḡ ꝙ si motº mediꝫ sit cā motº ipsiº grauis actiua. s.
descendentis deorsuꝫ p mediū: ꝙ sit cā actiua per se illiº
⁊ sic redit ꝓpositū p̄ncipale vt deducebat̄ statiꝫ. s. ꝙ gra
ue est motiuū sui ipsius per se. ¶ Ad aliud dictū Cōmē
tatoris ꝙ potentia p̄cedens hꝫ motū nō est in moto nisi
violente ⁊c. Dico ꝙ ad h̄ vt aliq̄d sit in potentia ꝓprie
ad aliqueꝫ motū req̄rit̄ ꝙ sit p̄uatū illo motu: ⁊ ꝙ hēat
aptitudinē ad recipiēdū illū. ⁊ istō est manifestū de po-
tentia p̄cedente actū. ¶ Tūc dico ꝙ poª p̄cedens hūc
motū nō est in moto nisi violente: sine dubio veꝝ est de
potentia q̄tū ad p̄uationeꝫ illiº motº. nō eniꝫ est p̄uatū
illo motu dū est sursuꝫ nisi per aliqō detinens qō ipsum
p̄ter suā nālem inclinationē detinet sursuꝫ vt colūna aut
aliq̄d taliū. Sꝫ q̄tū ad aptitudineꝫ recipiendi taleꝫ mo
tū nō est in ipso motu p violentiā: imo p sui nāꝫ hꝫ apti
tudineꝫ ad taleꝫ motū recipiendū inq̄tū est in potentia
ad vbi deorsum. ¶ Ad aliā auc̄tem cū dr̄ ꝙ mouens ⁊
motū essentialr̄ sunt distincta s̄m positioneꝫ. Cōsideran
dū ꝙ istud dictū nō pōt vlr̄ esse veꝝ de oi per se motore
⁊ moto: certū eniꝫ est ꝙ motor celi est eiº motor per se: ⁊
tn̄ celū ⁊ suus motor nō sunt duo s̄m pōnem: cū motor
celi nō hꝫ aliquā pōneꝫ aliā: eo ꝙ est sepatus a magni-
tudine s̄m subsistentiā: vt pꝫ ex isto .8. ¶ Iteꝫ aīa aīalis
est p̄ncipiū per se motiuū ipsiº: vt ꝓbatū est p̄us: ⁊ osten
suꝫ est hāc esse itentioneꝫ Cōmentatoris: ⁊ tn̄ aīa ⁊ cor
pus nō sunt duo s̄m pōnem vt oēs ꝯcedunt. loquendo
de aīa que est actº corporis. Et sic manifestū est ꝙ illa ꝓ-
positio nō est intelligenda vlr̄: sꝫ est intelligenda de per
se motore corporeo qō mouet ex potētia essentiali. Iste
eniꝫ motor ⁊ suū motū sunt relatiua rōne alicuiº ꝯtra-
rietatis: vt nō possint sil' in codē loco simplr̄ eē: vt ignis
generās igneꝫ ex aqua est aliq̄ mō ꝯtrariº ipsi aq̄ ⁊ ecō-
uerso s̄m dispōnes: ⁊ iō opꝫ ꝙ sint duo sꝫ pōnem. Silr̄
pars q̄titatiua corporis in qua p̄ncipalr̄ est v̄tus moti-
ua. s. media pars cordis: vt cōiter dr̄: hꝫ quādā ꝯtrarie-
tateꝫ s̄m dispōnes ad alias ptes que est mouens corpo
reuꝫ qō mouet alias ptes motu locali: ⁊ est diuersa s̄m
pōnem ab alꝭs ptibº corporis. Silr̄ ⁊ in q̄libet alio mo
tore qui est corpº ⁊ qui mouet de potētia eēntiali p̄us ex
posita: sꝫ de motore qui nō mouet de potētia eēntiali il-
lo mō p̄us dicto nō opꝫ ꝙ ipe ⁊ suuꝫ motū sint duo s̄m
pōnē. graue aūt i actu nō mouet seipꝫ de poª essentiali. s.
ita ꝙ ei deficit aliq̄ eēntialis poª que sit p̄ncipiū illiº mo
tus: iō nō est ꝯtra dicta. Et ꝙ hec sit itentio Cōmētato
ris: pꝫ inspiciēti sequētia: vbi dicit: ⁊ ꝙ motor in eis eēn
tialiter sit gn̄ans: qō nō ē veꝝ nisi de motore ex potētia

cētiali: vt ꝓus dicebat. ꝗ sic apparet ꝙ auctas Arist. ꝛ Cōmētato. nō ꝯdicūt illi pōni visa diligēter itētōe coꝝ.

Ad rationes sequētes. ¶ Ad pᵃᵐ cū dr. Illud qð nō ē in poᵃ cētiali ꝛc. dico ꝙ potētia cētialis accipit multiplr. Uno mō pro potentia existēte in ipso subo cui deficit aliq̄ cētia requisita ad illū motū: ꝛ cū hoc illud subm hꝫ aliquā formaꝫ ꝯtrariā illi forme quā sequit talis motus. vbi grā. aq̄ est in potentia cētiali ad vbi sursum hoc mō: qꝛ sibi deficit aliq̄ cētia reqͥsita ad talē motū: ꝛ hꝫ formā ꝯtrariā illi forme: quā sequit motus sursuꝫ. s. grauitatē ꝯtrariā leuitati. Alio mō dr potētia cētialis potētia quecūqꝫ existens in subo aliquo cui deficit essentia aliq̄ requisita ad illū actū: ꝗuis nō hꝫ actū aliquē ꝯtrariū illi actui qui sibi deficit: vt sensitiuū cū non hꝫ spēm sensibilis est in potentia cētiali ad sentire: eo ꝙ deficit ei aliqua cētia requisita ex parte ipsius ad actū sentiendi. s. forma sensibilis: ꝗuis nō hꝫ aliquā formā ꝯtrariā alteri forme quā cōsequit sentire. Alio modo dicit potentia essentialis quecūqꝫ potētia que per suā cētiā ordinat ad aliquē actuꝫ vt ad suū per se finē: ꝗuis subo illius potentie non deficiat aliq̄ cētia requisita ad illum actū vt ꝑncipiū illius: nec hꝫ formā cōtrariā alteri forme. Et ꝙ isto mō sumat potentia cētialis ꝓbo sic. qꝛ cōstat ꝙ omni motori per se corrñdet potētia cētialis in suo per se mobili: ꝛ hoc oēs ꝯcedunt: motor aūt celi est motor per se ipsiꝰ corporis celestis: vt etiā oēs ꝯcedunt. ergo opꝫ ꝙ ipm celū sit in potētia cētiali ad hmōi motū: sꝫ manifestū est ꝙ ipꝫ celū nō est in potētia cētiali ad motū celi: ita ꝙ nō caret aliq̄ cētia que sit per se ꝑncipiū talis motus quē natum sit hr̄e: imo ipm corpus celeste de se est sūme dispositū ad motū suū circularē: nec indiget recipere a motore aliquē dispōnē: aut formā que ꝑcedat illuꝫ motū: nec hꝫ etiā aliquā formā ꝯtrariā alteri forme quā ꝯsequitur motus circularis. Qualr igit est in potentia cētiali ad talē motū nisi qꝛ hꝫ potentiā que per sui cētiā ordinat ad receptionē talis motus. potentia ꝗ cētialis ad actū aliquē: pōt dici ois potētia que per suā essentiā ordinat ad actū illū. Et per oppositū diceret potētia cē accñtalis ad aliquē actuꝫ accñtalr que per cētiā suā nō ordinatur ad illū actū sꝫ ad aliū: vt si diceremus ꝙ potentia ad caliditatē in sūmo est potētia ad raritatē: ista ē potētia accñtalis: qꝛ ista potentia per suā essentiā nō ordinatur ad actuꝫ talē. s. ad raritatē: sed ad caliditatē quā comitat raritas aut leuitas: modo cū dicit in rōne. ꝙ nō ē in potentia cētiali ꝛc. Uerꝫ est ꝙ nullo mō est in potētia cētiali ꝛc. Et cū dr. ꝙ actu graue nō est in potentia essentiali ad motū deorsuꝫ. Uerꝫ est duobus ꝑmis modis: sꝫ 3ᵒ mō bñ est in potētia essentiali: ꝛ hoc bñ sufficit ad hoc ꝙ reqͥrit virtutē per se actiuā talis motus: sed si sic eēt in potētia accñtali ad talē motū ꝙ nullo mō haberet aptitudinē per se ordinatā ad illū. verꝫ est ꝙ nō indigeret per se motore. ¶ Itē aliter possumus dicere: cū dicit illud qð nō est in potētia cētiali ꝛc. verꝫ est ꝙ non indiget motore per se extrinseco ꝓpinquo. Sꝫ bñ pōt indigere motore per se intrinseco qui sit per se cā elicitiua talis actꝰ: vt intellꝰ hñs in se habitū scie nō est in potētia cētiali ad speculari. saltē ꝑmis duobꝰ modis. s. ꝑncipiū intellꝰ potētie cētialis: ꝛ tñ bñ est assignare ꝑnᵐ ꝑ se elicitiuū talis actꝰ speculādi in ipso intellectu: qcqd sit illud: siue sit intellꝰ agens siue habitus scie: siue spēs itelligibilis: vt ꝯcedit maior pars ꝑhantiū hꝰ tpis. Sic in ꝓposito ꝗuis actu graue sursuꝫ extñs nō sit in potētia cētiali ad motū deorsū illis duobꝰ modis qui dicti sūt. ꝛ ideo ad motuꝫ eius nō requirit mouens per se extrinsecum ꝓpinquū ꝛ ꝓprium: tñ bene requirit ꝑncipiū per se actiuū illius motus intrinsecum: ꝛ ideo nō est ꝯtra dicta. ¶ Ad aliā cū dicit. ꝙ tūc nō indigeret in motu suo medio: dico ꝙ imo: cuiꝰ ratio est: qꝛ ad oēꝫ motū ꝯtinuū ꝛ successiuū nccīa est resistētia alicuiꝰ mobilis ad motorē: vt dicit Cōmētator in. 4. huiꝰ. mō ꝗuis actu graue hꝫ potētiā per se receptiuā sui motꝰ: nō tñ hꝫ aliquā resistentiā ad ipm motorē: mobile eniꝫ ꝓpē nō resistit motori ipsi per alteꝝ istoꝝ: aut qꝛ hꝫ nālēꝫ inclinationē ad oppositū: vt corpus aīalis hꝫ nālēꝫ inclinationē ad motū deorsuꝫ: ꝛ per hāc resistit mouēti sursuꝫ vt aīe: aut qꝛ hꝫ aliquā formā ꝯtrariā forme ad quaꝫ est motꝰ: aut qꝛ hꝫ vbi oppositū illi vbi: vł diuersū ab illo in quo motor intēdit ipm ponere: ꝛ ad aliō vbi nālem hꝫ aptitudineꝫ: sicut sol exñs in vbi oriētis: hꝫ vbi oppositū ad vbi occidentis: ꝛ hꝫ aptitudinē nālēꝫ ad vnūqðqꝫ istoꝝ vbi: nūc ipm actu graue nō hꝫ aliā virtutē vel aptitudinē nālem ad vbi oppositū illi ad qð mouet. Cū enim moueat ad vbi deorsuꝫ ꝓpter qð necīum est mediū qð hꝫ talem resistentiā rōne cuius sit successio in illo motu. vnde si esset vacuuꝫ in ipso nullo modo fieret motus grauis inaiati: vt dicit Arist. in. 4. huius. ꝛ fuit declaratū superius. Et si dicas ꝙ ad oēꝫ motū necessaria est resistētia mobilis ad motorē: mobilis dico qð mouet illo motu: dico ꝙ nō veruꝫ est nisi in motu quo aliquid mouetur de potentia essentiali ad aliquē actū loquendo de potentia essentiali fm duos ꝑmos modos. Sed si sit motus de potentia accñtali nō est necesse ꝙ ipm mobile resistat motori: sꝫ sufficit ꝙ aliqͥd aliud resistat ei: ꝛ sic est in ꝓposito. Ipm eniꝫ mediū in quo sit motꝰ grauis. s. aer aut aqua resistit ipsi motori: inq̄tuꝫ vnūqðqꝫ istoꝝ hꝫ nālem inclinationē ad aliud vbi q̄ ad vbi deorsuꝫ simplr: ad qð mouetur per qð mouet actu graue simplr: silr aūt de leui suo mō. ¶ Ad aliā cū dicit. ꝙ tūc ideꝫ fꝫ ideꝫ ꝛc. dico ꝙ ista ratio breuiter esset ꝯtra viā cōem sic ꝯtra viā ꝑdictā. s. n. ꝯtingeret esse impoīe ꝙ ideꝫ ꝛ fm ideꝫ silr hꝫ potentiā ꝑ se actiuā ꝛ per se receptiuā eiusdē. Silr erit ipoīe ꝙ idē silr ꝛ fm ideꝫ hꝫ potentiā actiuā per accñs: ꝛ potentiā ꝑ accñs receptiuā eiusdeꝫ: qꝛ si potentia per se actiua ꝛ potentia ꝑ se receptiua eiusdeꝫ sunt opposite sibi: silr potentia actiua per accñs ꝛ potentia receptiua ꝑ accñs eiusdem erūt opposite: ꝛ sic ipm graue nō hēbit potentiam actiuā per accñs ꝛ potentiā receptiuā per accñs sui motus: q̄re nō mouebit seipsuꝫ per accñs: cuiꝰ oppositū ꝯcedit cōiter. Uñ soluant ipsi istā rōneꝫ pro quāto est ꝯtra eos: ꝛ ego soluā eā pro quāto est ꝯtra me. dico tñ ꝓpter iuniores ꝙ fꝫ Cōmentatorem nō est incōueniens vnū ꝛ idem silr ꝛ fꝫ cādeꝫ ptem essentialeꝫ sui. s. fꝫ formā substālem suā hr̄e potentiā actiuā ꝛ poᵃᵐ passiuā siue receptiuā ꝑ se eiusdeꝫ alio ꝛ alio mō: sꝫ eodē mō bñ eēt ipoīe. Mō dico ꝙ actu graue ꝑ suā formā hꝫ v̄tutem actiuaꝫ sui motꝰ: ꝛ inq̄tū est forma ꝛ per eā hꝫ virtuteꝫ receptiuā sui motꝰ inq̄tū est in mā: ꝛ hec est intentio Cōmentatoris plane in. 3. celi ꝛ mun. cōmen. 28. vbi sic dicit. lapis eniꝫ mouet se inq̄tū est grauis in actu: ꝛ mouet inq̄tum est in potentia inferius. Et cā in hoc quod inuenit vno mō in actu: ꝛ alio modo in potentia est: qꝛ componitur ex mā ꝛ forma: forma igitur eiꝰ mouet inq̄tū est forma: ꝛ mouetur fm ꝙ est in mā. Intelligit ꝗ Cōmentator ꝙ ipm graue ꝑ suā formā fm ꝙ sua forma eiꝰ ꝓpā hꝫ v̄tuteꝫ actiuā sui motꝰ. s. grauitateꝫ ꝛ per eandem formā fꝫ ꝙ est in mā ꝑma illius grauis hꝫ potentiā receptiuā illiꝰ motus. s. potentiā ad inferiꝰ. Et hoc est qð dicit Cōmētator ibidē paucis interpositis: nō eniꝫ lapis est motꝰ nisi fm ꝙ est in potētia ad iferiꝰ ꝛ est motor fꝫ ꝙ est gra-

Cō. 71.

Cō. 71.

nis. Per idez pōt dici ad vnū argumētū cōmune: q̄ idē simul ꝛ ſm idē erit in actu ꝛ in potētia respectu eiusdē. Uerū est sed non rōne eiusdē ꝛ eodē modo ſʒ alio ꝛ alio modo: ꝛ hoc nō est incōueniēs. Naʒ ipsuʒ graue per suā formā ſm q̄ est eius forma est in actu virtuali respectu sui motus ꝛ per eandē formā ſʒ quā est in mā erit in potentia receptiua ipsius. ¶ Et est ꝯsiderandum diligēter ꝓpter solonee quarūdā sophisticationū q̄ potētia actiua duplex est q̄tum spectat ad ꝓpositū. Quedā est potētia actiua cui⁹ effectus est eiusdem spēi cū eā vt caliditas efficit caliditatē ꝛ frigiditas friditatē. silr aūt ꝛ in alijs: ꝛ talis potentia actiua nunq̄ est in eodē simul ꝛ ſm idē cū potētia receptiua sibi corrñdente. Nunq̄ enim aliq̄d hʒ caliditatem actu sibi inherentē ꝛ potentiā receptiuā caliditatis simul ꝛ ſm idē: potentiam dico remotam ab actu. Alia est potētia actiua vt potentia actiua que non est eiusdē spēi cū suo effectu: vt potētia augmētatiua nō est eiusdē spēi cū augmētatione: ꝛ silr grauitas nō ē eiusdē spēi cum motu deorsuʒ: ꝛ talis potentia actiua bene potest simul esse in eodē subō cū potentia receptiua ꝛ ſʒ eandē partē ṗncipalr licet nō oīno eodē modo. sic autē est in ꝓposito. ¶ Cōsiderandū tñ etiā ſm Cōmentatorem in .2. celi ꝛ mun. q̄ grauitas nō agit motū ipsius grauis nisi cū graue est extra mediū: nec tñ sequit̄ q̄ esse extra mediū sit cā agens ṗncipalr hmōi mot⁹ ſʒ est dispositio agentis: ꝛ hoc decepit themistiū: vt dicit Cōmētator ibidē. Cō.28. ¶ Ad aliā cū dicit̄. q̄ rō Arist. ad ꝓbanduʒ motorem ṗmū eē imobilē nō valeret: dico q̄ imo valet necessario si recte intelligat̄. Ad cui⁹ intellectum est considerandū q̄ omne qd̄ mouet̄ de potētia accñtali posteri⁹ est aliquo motore quo mouet aut mouit de potētia eēntiali: sic actu graue qd̄ seipsuʒ mouet de potētia accñtali posterius est suo gñante qd̄ mouit de potētia eēntiali. Silr aūt ꝛ in alijs suo modo. Nūc aūt mouens de potentia eēntiali necessario est distinctū a mobili qd̄ mouetur ex potentia eēntiali. Si ergo non ꝓcedat in infinitū in motoribus ꝛ mobilib⁹ opʒ ꝓuenire ad aliquē motorem qui nō mouet̄: hoc est manifestū: aut igit̄ ille motor nullo modo mouet̄ aut ipse mouet̄ a seipso. Si nullo modo mouet habet̄ intentū. Si mouet̄ a seipso ꝛ mouet se ipsuʒ: aut mouet se de potētia essentiali aut accñtali. Si de potētia eēntiali: tūc opʒ q̄ in ipso motor sit distinct⁹ a moto: tūc q̄rit̄ de illo motore: aut mouet̄ aut non. Si nō: habet̄ intentū. Si mouet̄ tunc quero vtrū moueat̄ de potētia eēntiali aut accñtali. Si de essentiali tunc sic ṗus reuertit̄ questio de suo moto: ꝛc: ꝛ sic in infinituʒ. Si aūt dicat̄ q̄ iste motor mouet se de potētia accñtali tūc iste motor est posterior alio motore qui mouet de potētia eēntiali: ꝛ tunc querat̄ de illo motore aut mouet̄ aut non. Si non habet̄ intentū. si mouet̄ aut mouet̄ a se aut ab alio. Si a seipso aut de potētia eēntiali aut accñtali: ꝛ vt sic semp reuertit̄ q̄stio: vt ṗus: aut opʒ deuenire ad motorē qui nullo mō mouet̄. Sic ergo valet ineuitabilis rō Aristo. q̄uis ꝯcedat̄ q̄ graue sit motiuū sui ipsius per sui nām. In hac aūt rōne gaudebat animus meus cū laude dei: ꝛ cū gratijs ad illum qui eam incepit. ¶ Rationes in ṗncipio q̄ōnis adducte nō ꝯcludunt ꝯtra hāc pōnem: ſʒ quid defectus sit in eis pʒ diligenter inspiciēti predicta. Hec sunt que de ista difficili q̄ōne potuit cōgregare: q̄ si quis pōnem quā scripsi nō acceptet iustum est vt eā demōstratione iprobet: ꝛ rōnes pro ea soluat. Aliter .n. nō est ei credendū. Sciāt ēt posterioris vitatj plusq̄ famositatis in animis amici q̄ hāc pōnē nō oīno ꝓbaui ex inuētione mea: ſʒ ex traditiōib⁹ cuiusdā doctoris theologi quē iter meos ꝯtemporaneos puto vnū de subtilibus expositoribus Cōmētatoris: ꝛ Aristo. addidi tñ aliq̄ ad ordinatā h⁹ pōnis declarationē ꝛ ꝯfirmationē que ab alqo nō suscepi nisi ab Arist. ꝛ Cōmētatore: q̄ ꝛ si ꝓbabilia sunt ꝛ v̓a teneant̄: si aūt nō remoueātur rōnibus demōstratiuis. Et sic tandē h⁹ difficillimi ꝓblematis veritas apparebit.

Questio. XII.

c Onsequēs qd̄ ē. Utrū gñans qd̄ gñat graue sit ṗnm̄ actiuū imediatū mot⁹ ipsi⁹ grauis dū generat̄. ¶ Et arguit̄ ṗmo q̄ sic. q̄ ṗnm̄ actiuū imediatū illi⁹ mot⁹ deorsuʒ: aut est ipm gñans: aut v̓tus ipsius grauis quod gñatur ꝛ mouet̄ illo motu. per sufficientē diuisionē: ſʒ nō est dīcē q̄ v̓tus grauis dum gñatur ꝛ mouet̄ tali motu sit ṗncipiū actiuū talis mot⁹ imediatū. s. grauitas facta a gñante: q̄ tunc simul hēret ṗncipiū actiuū ꝛ ṗncipiū receptiuum illi⁹ motus: cū eniʒ moueat illo mō ꝛ recipiat ipsū: opʒ q̄ hēat potētiā receptiuā eius. Si igit̄ cū h̄ haberet v̓tutē actiuā illi⁹ motus sequit̄ qd̄ dictū est. g̃ relinquitur q̄ gñans sit imediatū ṗncipiū actiuum talis motus.

Oppositū arguit̄: q̄ mot⁹ nālis vnius ſm speciem dʒ esse ab vno motore imediato ꝛ ꝓpinquo ſm spēm: hec videt̄ manifesta: ſʒ mot⁹ ipsius grauis cū ipm graue iaʒ est gñatuʒ: ꝛ eius motus nālis cū gñatur est vnus ſm spēm. s. motus ad vbi deorsū: vt manifestū est. ergo dʒ eē a motore ꝓpinquo ꝛ imediato vno ſm spēm. Cōstat aūt q̄ generans nō est ꝓpinquū ꝛ imediatū ṗncipiū actiuū motus actu grauis cū iaʒ est gñatū vt lapidis descēdentis deorsuʒ: q̄ cū est talis motus cōtingat generans nō esse aut non esse ꝓpinquum: ꝛ iterū graue ſm hoc actu non moueret seipsuʒ. ergo similiter dum ipsum graue generatur generans non est ṗncipium actiuum imediatum illius motus.

Ad q̄ōnem potest dici ad ṗns q̄ ipsuʒ gñans qd̄ generat ipm graue nō est imediatū ṗncipiū actiuū illi⁹ motus deorsum quo mouetur graue duʒ gñatur: ꝛ hoc pōt ꝓbari sic. a motore ꝓpinquo ꝛ imediate dʒ ꝓcedere mot⁹ imediatus: nō alio mediāte: hāc recipio pro manifesta. hoc .n. videm⁹ in ṗmo motu q̄ ipse procedit imediate effectiue a ṗmo motore nullo alio mediāte qd̄ ṗus efficiat. Silr a caliditate ꝓcedit calefactio nullo alio mediāte: qd̄ ṗus efficiat calidū ab eo. Sʒ dū graue gñatur ꝛ descēdit deorsuʒ descēsus ei⁹ nō ꝓcedit ab ipso gñante sine medio: imo mediāte forma ꝛ virtute eius. ꝛ hoc est manifestū: vt oēs cōcedunt. ergo mot⁹ nō est a gñante tanq̄ a motore ꝓpinq̄ ꝛ imediato. Et hec est itētio Cōmētatoris: ꝛ ei⁹ rō in .3. celi ꝛ mūdi. vbi sic loquit̄ Cōmētator. Cō.14. Quēadmodū igitur cetera accñtia exñtia in re gñata nō exñt in ea nisi a gñante: tñ mediāte forma generati: q̄ sit a forma gñante: ita est de hoc motu. Uerbi grā. q̄ cū elemētū sit ignis statiʒ in ṗma parte eius in qua est igneitas ab igne generante existunt omnia accidentia ignis ſʒ q̄ ignis est. Et vnus coꝝ est motus ad superius: quoniam ſʒ q̄ in parte generata existet de parte leui ſm hoc existet in ea de motu leuis corporis: ꝛ de alijs accidentibus proprijs: ſʒ tamē q̄ non existunt a generante nisi mediante generato. Et mot⁹ ṗmo ꝛ essentialr sit a motore nullo alio mediante: ꝛ ꝓpter hoc ille mot⁹ non est ṗmus neq̄ essentialis a motore extrinseco ſʒ a forma moti. Et ideo habet ꝓpriū ille motus: vt per eum moueat̄ res per se cuʒ aliquid nō impedierit ipm per violentiaʒ. s. cū ipediens quieuerit ſm istum modū assimilat̄ ei q̄ moueat per se. vult g̃ Cōmētator q̄ ipʒ gñans nō ē imediatū ṗnm̄ actiuū illi⁹ motus: ſʒ ꝓpinqui⁹ est forma grauis. Et q̄ hec sit intētio Cōmētatoris manifestū est p illud qd̄ ꝯcludit: tū

habet ꝓpꝛium ille motus vt per eum mouetur res per se: aut eniꝫ intelligit ꝙ graue mouet isto motu per se actiue aut passiue solū. Si actiue habeo ꝓpositū. Si passiue solū hoc est impole: qꝛ tunc hoc non esset ꝓpꝛiū huic motui. Nam in alio motu mouent coꝛpoꝛa mota per se passiue: vt in multis alterationibus nālibus quib⁹ alterabilia alterant per se passiue ⁊ in oībus motibus celestib⁹ quib⁹ coꝛpoꝛa celestia mouent per se passiue. Et cōfirmatur per quoddā dictū eius in eodē cōmento parū post verba ꝑinducta vbi dicit sic: neqꝫ etiā numerat inter ea q̄ mouent ab extrinseco. loquit de graui dū mouet a generāte: qꝛ nō mouet hoc motu ab extrinseco sine medio. Uult ergo Cōmētatoꝛ ꝙ hoc motu mouet graue ab extrinseco p mediū. ⁊ per hoc nō dr̄ moueri illo motu simplr̄ ab extrinseco: aut ergo intelligit per medium actiuū illi⁹ motus aut per mediū receptiuū. Si per medium actiuū illius motus habet intentum. s. ꝙ generans non est imediatuꝫ ꝑncipiū actiuum illius motus. Si per mediū receptiuū: tunc similr̄ posset dici ꝙ mā nō numeratur inter ea que mouentur motu gn̄ationis ab extrinseco: qꝛ non subijcit gn̄ationi ꝓpꝛie dicte nisi mediantibus ꝑus inductis dispōnibus a gn̄ante: ⁊ sic non mouet motu gn̄ationis ab extrinseco: qḋ tn̄ est incōueniens cōcedere: qꝛ ipm̄ gn̄ans est extrinsecuꝫ ſm esse a mā gn̄ati: lꝫ aliquo modo sit intrinsecū foꝛte ſm contiguationem aut ſm continuationē quandā: vt ꝓbatū est in qōne de intrinsicitate agētis nālis videt ergo esse intētio Cōmētatoris ꝙ generās nō est imediatū ꝑncipiū actiuū ipsius mot⁹ grauis cū gn̄atur sꝫ ꝓpinquū ꝑncipiū actiuū est foꝛma ipsi⁹ grauis. Similr̄ aūt ⁊ de leui suo modo. Posset etiā ꝓbari per rōnem adductā ꝑus ad hanc partē. s. qꝛ motus vtriusqꝫ grauis cuꝫ sit idem spē oꝫ esse a motoꝛe vno spē imediate: ⁊ deducat vt prius. huic enim rōni innitunt tanq̄ demonstratiue: imaginabit ergo ſm istam viā ꝙ cū ignis generat ignem ex oleo prius efficit leuitatē ignis in mā olei ⁊ mediante illa leuitate tanq̄ mediāte agente ꝓpinquo efficit motus ad superius: ⁊ quanto ꝑfectioꝛ fuerit oīno leuitas tanto fiet magis sursum: ⁊ cum fuerit oīno completa leuitas complebit vbi sursuꝫ: nisi aliquid detineat violenter. Silr̄ aūt ⁊ de graui suo mō. Et ex hoc aliq̄ ↄcludūt satis subtilr̄ ꝙ gn̄atio ignis pōt incipi in sphera aeris: sꝫ nō compleri: qꝛ cōpleta est cū est sursum simplr̄: ⁊ hic est locus ignis nō aeris: vt pꝫ 4. celi. Ratio in oppositū soluta est in qōne precedente.

¶ Juxta autem hec intendentibus sit continget eadem hec. Si vero ab eo qḋ mouetur: mouetur omne qḋ mouetur aut hoc rebus inerit sed ſm accidens: quare mouet qḋ quidem mouetur non tamen propter id qḋ mouetur ipsum semper aut non sed per se. primum quidem igitur si ſm accidens non: non necesse est moueꝛe qḋ mouetur. si autem hoc est manifestum est ꝙ contingit aliquando nihil moueri coꝛuꝫ que sunt ⁊c. Te. cōm en. XXXVI. Qō XIII.

T.c.53. T.c.53. Hic pōt queri. Utrū sit aliqḋ mouens penitus imobile. ¶ Et arguitur primo ꝙ non. quia ab vno ⁊ eodem imobili non ꝓcedunt imediate diuersa. hoc habetur in. 2. de gn̄atione. ⁊ in isto. 8. Sed a ꝑmo motoꝛe ꝓcedunt imediate diuersa. s. diuerse circulationes: vt patet ex. 12. metaph. ⁊ Cōmentatoꝛ dicit ꝙ primū mouens mouet hoc motū sine medio: ⁊ loquitur de primo motu qui est circularis compositus ex diuersis circulationibus succedentibus. ergo primum mouens de quo maxime videtur non est omnino intrāsmutabile. ¶ Item omne efficiens est aliquo modo mobile: finis enim mouet agens: vt habet ex. 2. metaph. sed ꝑmus motoꝛ est causa efficiens ipsius primi motus ſm Cōmētatoꝛem. 12. metaph. vbi vult ꝙ in separatis a mā idem est efficiens ⁊ finis ⁊c. T.c.8. ¶ Item omne qḋ intelligit ⁊ appetit est mobile: intellectus enim mouetur ab intelligibili ⁊ voluntas ab appetibili. 3. de anima. sed ꝑmum mouens intelligit ⁊ appetit: vt pꝫ. 12. metaph. ergo ⁊c. T.c.54 T.c.51. ¶ Item illud qḋ est intrinsecū mobili est mobile: motus eniꝫ nobis mouentur omnia que sunt in nobis. Sꝫ primus motoꝛ est intrinsecus mobili ꝑmo. Aliter eniꝫ motus primus non videretur esse naturalis. ergo ⁊c.

¶ Oppositum arguitur auctoꝛitate Arist. in isto caplo. T.c.36.

Ad questionē est dicēdū breuiter ꝙ primus motoꝛ est oīno imobilis motu ꝓpꝛie dicto. Et ꝓbatur multipliciter. Primo: qꝛ si ꝑmus motoꝛ moueretur motu ꝓpꝛie dicto: aut moueret a se aut ab alio. per sufficientē diuisionē: non ab alio: qꝛ sic nō esset motoꝛ ꝑmus: imo illud aliud a quo moueretur: mouens eniꝫ est ꝑus moto. Si aūt a seipso aut moueret ex potētia essentiali ad actum: aut ex potentia accidētali: nō aūt ex potētia essentiali: qꝛ oē qḋ mouet mouetur ab alio: vt ostensum est ꝑus. Si aūt ex potētia accidentali tunc esset aliqḋ mouēs ꝑus eo. Omne eniꝫ qḋ mouet de potētia accītali ad actū est posterius aliquo mouēte qḋ mouet aut mouit de potētia eēntiali: sic graue actu exn̄s sursuꝫ ⁊ descēdēs deoꝛsuꝫ est posterius suo gn̄ante qḋ mouet de potētia eēntiali ad actū: ⁊ sic ꝑm⁹ motoꝛ nō esset ꝑmus qḋ est impole. q̄re ⁊c. ¶ Itē si oē mouens moueret: aut hoc inesset ipsis mouentibus per accn̄s. s. ꝙ nō mouerent nisi mouerent aut hoc deberetur eis per se. Non est dicēdū ꝙ per accn̄s: qꝛ per accn̄s nō est necium: imo cōtingit ipm non esse: ⁊ sic ↄtingeret mouens nō moueri. Sed non mouet nisi moueat vt tu ponis: qꝛ dicis ꝙ omne mouēs mouet. g̊ ↄtingeret oīno nō esse motū: qḋ est impole: qꝛ mot⁹ est ꝑpetuus: vt ꝑus ꝓbatū est. ¶ Si aūt dicat ꝙ oē mouēs mouet: ⁊ hꝫ ↄuenit ei p se. Tūc argr̄. aut mouet eadē spē mot⁹ qua mouet aut alia. nō ē dōꝫ ꝙ eadē spē mot⁹: qꝛ irrōnabile eēt dicere ꝙ oē docēs doceret: ⁊ ꝙ oē sanās sanaret ſm eādē spēm sanatiōis qua sanat: silr̄ aūt ⁊ in alijs. Si vō dicat ꝙ oē mouēs neccio mouet: alia tn̄ spē mot⁹ q̄ illa q̄ mouet: sequeret ꝙ nihil mouebit aliquo motu qn̄ opoꝛteat esse aliqḋ mouens qḋ mouet illo motu ⁊ mouetur ⁊ eodē. vbi gratia. nō poterit aliq̄s sanari: quin opꝫ esse aliqḋ sanans qḋ sanat ſm illā sanationē: similr̄ aūt ⁊ in alijs. Et ad hui⁹ declarationē accipio ꝑmo ꝙ spēs motuum sunt finite. 2° ꝙ semper cū aliquid mouetur a pluribus motoꝛibus oꝛdinatis aliquo motu magis mouetur a prioꝛi q̄ a posterioꝛi: vt dicit in littera. ⁊ videt etiā ex libro de causis. Ponat ergo ꝙ aliquis sanetur ab obtalmia ⁊ sanās moueat quadā alia specie mot⁹ quecūqꝫ sit illa: opꝫ ꝙ moueat ab aliquo alio motoꝛe qḋ mouet. Et tūc querit de illo scḋo motoꝛe. vtꝝ moueat motu illo sanationis quo mouet mobile aut alio motu. Si illo motu habet ꝓpositum. s. ꝙ nihil mouet motu sanatiōis ab obtalmia quin sanat illa sanatione. Nā illud 2ᵐ mouens a quo mouet illḋ qḋ imediate ponitur sanare magis mouet illo motu q̄ ꝓpinquum sanans: vt pꝫ ex scḋa suppositione. Si vero dicatur ꝙ illud mouēs scḋo acceptū non mouet illo motu. s. sanationis ab obtalmia sed alio motu: tunc querit de motoꝛe eius. Utꝝ moueat illo motu aut alio. Si illo motu habet ꝓpositū. Si alio

querit̃ de motoꝛe q̄ mouet illo motu. Et sic cum spēs motuum nō sint infinite vt suppositū est. tandem distributis oībus spēbus motuū ipsis motoꝛib⁹: deueniet ad hoc q̄ aliqđ mouens ad ꝓpinquū mouens mouebit illo motu sanationis: ⁊ sic cū mouēs supius magis moueat q̄ ꝓpinquū: necesse est q̄ cū aliquid sanat̃ ab obtalmia q̄ sit aliqđ mouēs illo motu sanatiōis q̄ ēt mouet̃ illo eodē motu .s. q̄ sanat̃ ab obtalmia: qđ est valde derisoriū: silr aūt ⁊ in alijs motib⁹: vbi grā. ponam⁹ q̄ aliquis discat grāmaticā: tu ponis q̄ doctoꝛ qui mouet illo motu mouet̃ quadā alia spē mot⁹: tunc querā de motoꝛe qui mouet illū doctorē grāmatice: aut doceat grāmaticā aut moueat̃ quodā alio motu. Si pmo mō habeo ꝓpositū .s. q̄ cū aliqs docet in grāmatica opȝ q̄ doceat̃ in grāmatica ab aliquo: qui docet̃ in ipsa grāmatica: qđ est absurdū. Si vo mouēs mouet̃ alio motu fm spēm: tūc q̄ro de ei⁹ motoꝛe: vt pus: ⁊ sic cū nō sint infinite spēs motuū: opȝ q̄ cū oēs spēs distribute ⁊ assignate fuerint motoꝛib⁹ q̄ reuertat̃ ad hoc q̄ aliqđ mouens moueat̃: illo motu .s. q̄ doceat̃ in grāmatica: ⁊ cōstat q̄ illud mouēs ad qđ sic peruenit̃ magis mouet illo motu ꝓposito q̄ alia mouentia posterioꝛa. ergo nūq̄ aliquis docebit grāmaticā nisi sit aliqđ mouēs docēs grāmaticā ⁊ q̄ addiscat grāmaticam: qđ est impoīe: q2 addiscere est fm ignoꝛātiā: ⁊ docere est fm sciā: vt dicit Cōmētatoꝛ. ergo impoīe est q̄ omne mouēs per se moueat: ita tñ q̄ moueat̃ alio motu fz spēȝ ab illo motu quo mouet nec eodē: vt ꝓbatū est. ergo nō est vēm q̄ omne mouēs moueatur necīo: nec per accñs: vt ꝓbatū est. ergo nullo modo verum est q̄ oē mouēs moueat̃. ergo opȝ esse aliqđ mouens imobile. In hac aūt rōne multuȝ notanda sunt verba Aristo. Sumit eniȝ istā diuisionē q̄ si omne mouens moueret̃ aut hoc cōpetit reb⁹ per se aut per accidēs: ⁊ postea sumit q̄ accñtia nō sunt necessaria sȝ ꝯtingit nō esse. In quib⁹ verbis manifestū est Aristo. intendere q̄ omne per accñs qđ distinguit̃ ꝯtra per se pōt nō esse: ⁊ sic nullū est pure per accñs qđ est necīuȝ: cuius tñ oppositū cōiter dicit̃: per se eniȝ ⁊ per accñs: qđ quidē p accñs ꝯtingit nō eē: sufficiēter diuidūt omne qđ inest alicui: ita .s. q̄ omne qđ cōpetit alicui vel cōpetit ei p se vel per accñs tali per accñtalitate q̄ ꝯtingit nō esse. Cōstat aūt q̄ illud qđ debet̃ alicui necessario non debet̃ ei per accñs: sic q̄ ꝯtingat nō esse. ergo omne qđ inest alicui necessario inest ei per se aliquo mō perseitatis ⁊ nō pure p accñs. In hoc aūt manifesto testimonio Aristo. gauisus sum ꝯtra illos qui pueriliter asserunt aliq̄ esse pure per accñs in existentia aliquib⁹: ⁊ nullo modo per se: ⁊ tñ necessario īsunt eis. De hoc aūt aliqua dixit in pmo hui⁹. ⁊ foꝛte alias dicā seoꝛsuȝ si deus voluerit. ¶ Item arguit̃ ad pncipale. qñcūq3 aliqđ est cōpositum ex duob⁹ quoꝝ vtrūq3 existit per se: ⁊ alteꝝ eoꝝ fuerit sepatū a reliquo necesse est vt ⁊ reliquū sit separatū. vbi grā. si terra ⁊ aq̄ sunt in mixto ⁊ vtrūq3 eoꝝ p se .s. q̄ neutꝝ eoꝝ est necessariū in esse alteri⁹: ⁊ aqua fuerit separata a terra in aliquo loco: necesse est vt terra sit sepata ab aliqua in aliq̄ loco. Silr: si est aliqđ cōpositum ex motoꝛe ⁊ moto: vt manifestū est: ⁊ inuenit̃ aliqđ motū separatū a mouente .s. aliqđ motū qđ nō mouet aliqđ aliud: aliter .n. ꝓcederetur in īfinitū: vt dicit Cōmētatoꝛ sicut̃ foꝛte terra mouetur ab alijs elemētis ⁊ nō mouet aliqđ aliud inferi⁹ ea in situ aut pfectione: ⁊ ipm pmū mouēs est aliqđ per se exñs: vt supponit̃. ergo opȝ esse aliqđ mouēs separatuȝ a moto .s. q̄ nō moueret̃. Et istā rōnē ponit Cōmētatoꝛ
Cō.37. ex verbis Arist. vt pȝ inspicienti līam ⁊ cōmētū. ¶ Sed intelligendū est q̄ motus accipit̃ duplr. Uno mō ꝓpꝛie pro transmutatione fm quā aliqđ se hȝ aliter nūc q̄ pus. ⁊ hoc modo intelligit Arist. pmū motoꝛē nō moueri nec per se nec per accñs: ⁊ hoc etiā ꝓbatur eo q̄ demōstrat in cōsequentibus .s. q̄ pmū mouens non est coꝛpus nec virtus in coꝛpoꝛe. Alio modo accipit̃ motus impꝛopꝛie ⁊ cōiter pro quacūq3 opatiōe rei siue opatio illa sit diuersa a suba: siue nō sit diuersa realiter a suba operante. ⁊ hoc modo pmū pncipiū motus .s. deus ipse pōt dici moueri: q2 .s. hȝ operationē imanentē .s. itelligere ⁊ amare seipsum: que tñ operationes sunt idem essentialr cum ipsa suba diuina: q2 q̄cq̄d est in deo est ipse de⁹: vt hȝ videri .12. metaph. ⁊ foꝛte hoc modo itellexit Arist. ⁊ plato ipm pmū mouēs moueri a seipso: ⁊ nō pmo modo.

Ad pꝛimā rōnem cuȝ dicit̃. ab vno imobili ⁊c̃. pōt dici q̄ verū est diuersa actu diuisa ⁊ distincta abinuiceȝ: sed ab vno immobili possunt ꝓcedere diuersa quoꝝ vnū nō est alterū: non tñ diuersa actu ⁊ distincta abinuiceȝ sed ꝯtinua sibiinuicē sicut partes alicui⁹ totius: mō sic est in ꝓposito. nā circulationes diuerse .s. quaruȝ vna nō est alia ꝓcedunt a pmo motoꝛe imobili imediate .s. nō mediante aliquo alio motoꝛe: sȝ non sunt distincte nec diuise abinuicē actu: imo sunt partes vnius totius motus cōtinui quarū vna succedit alteri cōtinue: vt pȝ ex isto .8. ¶ Ad aliud pōt dici q̄ agens aliquē effectū ꝓpter finē acquirendū bene mouet̃ ab illo motu qui differt a sua sba: sȝ nō moueat̃ ab illo motu ꝯtinuo ⁊ diuisibili: sȝ agens qđ agit ꝓpter ꝯseruationem sue perfectionis ⁊ nō ꝓpter acquisitionē alicuius qđ ei deficiat: nō opȝ q̄ moueat̃ a fine motu ꝓpꝛie dicto a motu qui sit trāsmutatio differēs a sua suba: sȝ sufficit q̄ intelligat ipȝ finē ⁊ appetat: ⁊ ista nō sunt mot⁹ ꝓpꝛie ⁊ vere dicti: vt dicit̃ cōiter hoc aūt mō motoꝛes coꝛpoꝝ celestium mouēt: vt docet Cōmētatoꝛ .12. metaph. mouēt eniȝ ꝓpter se pmaria intētione. licet scđaria intentione moueant ꝓpter gñationē istoꝝ īferioꝝ: ⁊ iđ nō opȝ q̄ moueant̃ ab aliq̄ fine ⁊ motu ꝓpꝛie dicto. ¶ Ad aliā pȝ ex dictis. qđ .n. itelligit itellectione differēte a sua suba aliqualr mouet̃ de vno itelligibili in aliđ: vt pȝ in .3. de aīa. sȝ q̄ intelligit itellectione eterna que est idē qđ sua suba nō mouet̃ nisi valde impꝛopꝛie ⁊ trāsumptiue: ⁊ sic est in ꝓposito. ¶ Ad aliā dico q̄ aliqđ esse intrinsecū mobili pōt itelligi duplr. Uno mō fm subsistentiā ⁊ esse vt foꝛma subalis. Alio mō fm appropꝛiationem virtutis. ⁊ hoc modo dicit̃ aliqđ esse itrinsecū mobili eo q̄ hȝ de sui nā mouere tale mobile: ⁊ nō aliud ⁊ tanta velocitate ⁊ nō maioꝛi nec minoꝛi. Primo mō veꝝ est q̄ illud qđ est intrinsecū mobili mouet̃ saltē per accñs. Sȝ 2⁹ mō nō opȝ ⁊ sic est hic. nā motoꝛ coꝛpoꝛis celestis est ei itrinsecū fȝ appꝛopꝛiationē predicto modo. Utꝝ aūt pncipiū oīno pmū .s. deus sit illo modo intrinsecum mobili ⁊ imediate efficiat motū pmū aut alius motoꝛ appꝛopꝛiat⁹ alia questio est ⁊ videndum post.

¶ Et iterum consideras in principia mouentiū esse quidem igitur quedam eoꝛuȝ que sunt que aliquando quidem mouentur. Textu commenti. L.

Questio XIIII.

HIc pōt queri vtꝝ motoꝛes coꝛpoꝝ celestiū moueant̃ p accñs. ¶ Arguit̃ pmo q̄ nō: q2 nl̄ls motoꝛ qui mouet̃ p accñs mouet motu eterno. hēc accipit Ari. in līa. Sȝ quilȝ motoꝛ coꝛpoꝛis celestis mouet motu eterno: vt ēt vult Ari. Naȝ omnis motus celestis est etern⁹: vt pȝ ex pmo celi ⁊ mun. ⁊ mo T.c.12.
tus etern⁹ est a motoꝛe eterno ⁊ eternalr mouēte. g̃ ⁊c̃.

T. c. 12. ¶ Oppositum arguitur aucte Arist. in lra. videt. n. velle ꝙ quedã mouentiũ principiorũ que sunt in celo mouentur per accidens. ⁊ idẽ dicit Cõmen. ⁊ expositores.

Ad questionẽ

intelligẽdũ ẽ ꝙ Ari. distinguit de eo qd̃ mouet̃ p acci-
T.c.50. dẽs. Aliq̃d. n. mouet̃ p accñs a seipo: ⁊ aliq̃d mouet̃ per accñs ab altero. ⁊ hãc distinctionẽ ponit i his vbis. Nõ ẽ aũt idẽ mouere fm̃ accñs a seipo ab altero. n. coꝝ ĩest qd̃ ⁊ coꝝ q̃ i celo q̃busdã pncipijs. q̃cũq; plures ferunt mot⁹ altero aũt corruptibilib⁹ solũ. Hãc aũt distictionẽ q̃dã sic itellexerũt: ꝙ illd̃ dr̃ moueri p accñs a seipo qd̃ mouet̃ p accñs illo codẽ motu quo mouet ip̃m mobile i quo ẽ: vt aĩa aĩalis qd̃ ẽ hic mouet̃ illo codẽ motu quo mouet ip̃m corp⁹. s. motu locali ꝓcessiuo. sed aliq̃d itelligitur moueri p accñs ab altero qñ suũ mobile mouetur quodã alio motu ab illo quo mouet ip̃m motor ꝓpinquus: quẽ q̃dẽ motũ facit aliq̃s ali⁹ motor: sic nauta existens i naui mouet nauẽ ꝑtrãseundo aquã sicut ab vno littore ad aliud lit⁹: ⁊ cũ hoc ipsa nauis ipetu aque mouet̃ iferius vbi fluit aqua: tunc etiã ipsa nauis mouet̃ ab altero per accñs. Uz. q: nauis mouet̃ quodã motũ que nõ facit nauta. s. ad iferius. Tũc dicũt ꝙ nullus motor corporis celestis mouet̃ p accñs pmo mõ. s. a seipso ita ꝙ moueat̃ illo codẽ motu quo mouet̃ suũ mobile: ⁊ h̃ ꝓbat rõ prius iducta. Et ꝓbat̃ aliter. q: motor q̃ est separatus fm̃ eẽ a suo mobili nõ mouet̃ p accñs illo motu quo mouet suũ mobile. hec recipit̃ ꝓ mãifesta: sed motor cuiuslibet orbis celestis ẽ hmõi vt ꝓbat̃ ex his que tradita sunt in isto. 8. & cẽ. ¶ Scdõz ꝓbãt. q: motor cuiuslibet mobilis mouet̃ quodã alio motu ab illo quem dat ei suus ꝓprius motor. mouet̃ p accñs ab alio. s. ab illo motore a quo est ille alius motus: sicut nauta mouetur per accñs ab aqua deferente nauẽ in qua est nauta: sed quodlibet corpus celeste aliud a pmo mobili mouetur quodã alio motu ꝓprio: qdlibet enim mouet̃ motu diurno ab oriẽte in occidẽs ab ipo pmo motore q̃ mouet pmuz mobile hoc motu. ⁊ alia mobilia sequunt̃ vt dr̃ in astronomia. ⁊ Cõmẽ. accipit hic. ergo cẽ. ¶ Sed ꝯsiderãdũ est ꝙ ista vltima ꝯclusio. s. ꝙ motor orbis inferioris mouet̃ per accñs ab alio. potest intelligi duplr̃. Uno mõ ꝙ ille mot⁹ recipiat̃ ab ipo motore ⁊ vniat̃ ei fm̃ esse accidentalr̃: ita ꝙ per illũ motũ transferat̃ accidentaliter de vno vbi ad aliud vbi: sicut cũ nauta est in naui delata per aquã fluentẽ inferius: ipse nauta recipit in se subiectiue accidentaliter motũ ad iferius ita ꝙ per illũ motũ trãsfert̃ accidẽtalr̃ ad aliqd̃ vbi. Alio modo põt intelligi ꝙ hmõi motor moueat̃ p accidẽs ab alio non sic ꝙ ille motus recipiat̃ in eo subiectiue ⁊ per illuz transferat̃ accidentaliter de vno vbi ad aliud vbi. sed ꝙ ille motus attribuitur ei rõne alteri⁹ cui appropriat̃ in moto. Et pmo istoꝝ modoꝝ non videt̃ bene possibile ꝙ motor orbis iferioris mouet̃ p accidẽs ab alio: q: illud qd̃ ẽ incorporeũ oĩno ⁊ idiuisibile nõ trãsfertur per accidẽs de nouo vbi ad aliud: nec accidentalr̃ recipit in se motũ sicut actũ iformantẽ ipsum. Sed quilibet motor celestis ẽ hmõi vt dr̃ cõiter. ⁊ Cõmẽ. plane dic̃ hic q: motor in corporib⁹ celestib⁹ nõ ꝯstituit̃ in eẽ p subm
Com. 51. suũ idest per suũ mobile. ergo cẽ. ¶ Itẽ cũ aliqua duo sunt penitus sepata abinuicem fm̃ subsistentiaz. ⁊ vnuz nõ est ꝯtinuũ nec ꝯtiguũ alteri. nõ est necẽum vnũ illorũ moueri motu alterius: ita ꝙ in se recipiat motũ similez motui illius. Si eniz nauta exñs in naui nullo mõ esset ꝯtigu⁹ ipsi naui. nec alicuius eius parti q̃tũcũq; aq̃ flueret ad aliqd̃ vbi iferius: nõ oporteret nautã moueri ad tale vbi. nũc aũt q̃libet motor celestis est separat⁹ fm̃ eẽ a suo mobili: vt vult Arist. ⁊ Cõmẽ. expressius. ⁊ nullã ꝯtinuitatẽ vel ꝯtiguitatẽ hz ad ip̃z cũ sit sine magnitudine vt hic demõstrat̃. ergo nõ est necesse ipsuz recipere in se accñtalr̃ talẽ motũ qualẽ ipsuz corpus celeste recipit ab aliquo motore. vñ q̃uis sol moueat̃ a motore pmo cõtinue ab oriente in occidẽte: nõ oz ꝙ ei⁹ motor ꝓprius accidẽtaliter moueat̃ codẽ motu: ⁊ ꝙ trãsferatur accidentaliter de oriente in occidentẽ recipiẽdo i se talia vbi accidẽtalr̃. Si aũt itelligit̃ hmõi motorem moueri per accñs 2⁹ mõ. s. ꝙ rõne alteri⁹ ei attribuat̃ talis mot⁹ sic põt tolerari: q: cũ talis motor sit appropriatus tali mobili: ⁊ mobile moueat̃ tali motu p accñs. s. ab aliquo alio motore. motor eius ꝓpri⁹ põt dici moueri p accñs illo mõ. Et hoc ẽ oĩno iproprie ⁊ equiuoce moueri per accidẽs vt inuit Cõmẽ. hic. ¶ Sed aliq̃s posset rõnabiliter dubitare hic ꝯtra istud vltimũ. Nã si motor appropriatus orbi iferiori dicit̃ moueri p accñs: nõ q: i se recipiat motũ. sed q: suũ mobile approp̃atũ mouet̃ ab aliquo alio: tũc silr̃ hmõi motor ꝓpius poterit dici q̃tus aut lucidus aut pspicuus p accñs: q: suũ mobile ẽ q̃tuz ⁊ lucidũ ⁊ pspicuũ. s. orbis quẽ mouet. hoc aũt vr̃ oĩno esse absurdũ. g̃ ⁊ pmũ. ¶ Ad hoc forte dicẽdũ ꝙ nõ ẽ simile q: mot⁹ ꝓprius ipsius orbis iferioris est effectus ipsius mobilis ⁊ motus diurnus est eiusdẽ generis propinqui cũ motu ꝓprio cũ vterq; sit mot⁹ circularis eternus. Sed alia accñia ipsius mobilis. s. q̃titas ⁊ pspicuitas ⁊ lux ⁊ hmõi nõ cãnt̃ actiue ab ipso motore imobili vt cõiter tenet̃: ⁊ id̃ q̃uis ipsi motori attribuat̃ moueri p accñs rõne mobilis: nõ ꝓpter hoc ei attribuet̃ eẽ q̃tuz ⁊ esse lucidũ. Sic igit̃ itelligemus verba Arist. q̃ alicui motori nõ debet̃ moueri per accñs a seipso. i. ꝙ i seipo recipit motũ per accidẽs: tñ alicui motori debet̃ moueri p accñs ab altero idest rõne alterius cui est approp̃atus motor. s. motori cuiuslibet cui⁹ mobile mouet̃ aliq̃ alio motu ab eo quẽ facit motor ꝓprius. ¶ Et si q̃rat̃ q̃mõ illud qd̃ separatũ ẽ ab aliquo fm̃ eẽ ⁊ nõ ẽ ei⁹ effectus denomiat ipsuz. Dicẽdũ ꝙ nõ põt denominatione prio ⁊ principalr̃ dicta. Sed fm̃ similitudinẽ põt: ⁊ sic est hic. ¶ Sed adhuc circa hoc queret aliquis rõnabilr̃ cũ nullus motor celestiũ sic moueat̃ per accñs ꝙ ei iheret mot⁹ ⁊ ꝙ subiciat̃ motui: q̃re magis attribuit̃ moueri per accñs rõne mobilis illi motori cui⁹ mobile mouetur alio motu q̃ illi motori cui⁹ mobile nõ mouet̃ alio motu. Et ad hoc videt̃ respõdere Cõmẽ. ꝙ cã in hoc ẽ q: ille motor cui⁹ mobile mouet̃ motu alteri⁹ mobilis est minus nobilis ⁊ minus pfectus q̃ ille cuius mobile nullo alio motu mouet̃: ⁊ rõne sue minoris pfectiõis attributur ei aliq̃lr̃ ꝯditio motoꝝ gñabiliũ ⁊ corruptibiliũ q̃ mouentur per accidens. lz equoce dicatur moueri per accidens hic ⁊ ibi vt dicit Cõmẽ. Illi aũt motori cuius mobili nõ accidit moueri aliquo alio motu nõ attributur moueri rõne mobilis ꝓpter maiorẽ eius pfectionẽ ⁊ velocitatẽ. Et hoc vr̃ Cõmẽ. itẽdere i his verbis. Et ista dispositio est diminutio in motore corpis celestis cui accidit vt suũ motũ moueatur ab alio ⁊ id̃ pfectior mouẽtiuz ẽ mouẽs motu diurno cui nõ accidit h̃.

Ad rationẽ

primã dico ꝙ bene ꝯtingit motorẽ celestẽ nõ moueri p accñs illo mõ ꝙ in se recipiat ipsuz motũ per quẽ trãsferatur accidẽtaliter de vno vbi ad aliud. hoc. n. non debet̃ nisi motori qui est ꝯiunctus mobili fm̃ esse sicut est anima aĩalis: sed non ꝓbat ipsum non moueri per accñs alio mõ. s. rõne alteri⁹ puta mobilis ꝓprij. ⁊ hoc mõ itellexit Arꝫ. ⁊ Cõmẽ. Forte dicẽdũ aliter ad rõnẽ ꝙ Arꝫ. i illo loco nondum probauerat ꝙ motores celi sunt sine ma-

gnitudine: z iō loquit̃ hic de illis ac si essent in magnitu
dine. Et est aduertendū q̄ cum dicimus aīam aīalis hic
existētis moueri a seipsa per accñs: nō accipimus p̄ accñs
put distinguit̃ ɔtra per se p̄ sui nām. z alr. n. p̄ accñs non
est necessariū. anima aūt necessario est mobilis ad mo-
tum corporis. Sed accipimus per accidens prout di-
stinguitur contra solitarium z separatum.

¶ At vō aliud faciētib' principiū zc. T.c. LV.

¶ Tribus autem existētibus motibus alio qui-
dem s̃z magnitudinem: alio secundum passio-
nem: z quodam alio secundū locum quem vo
camus loci mutationem hunc autem necessari
um est esse primum zc. Textu commen-
ti. LIIII. Questio. XV.

Queritur hic. Utruz motus localis sit prior
oīb' aliīs motib'. ¶ Et arguit̃ pmo q̄ nō.
Q2 sicut se habet terminus ad terminū ita
motus ad motū p̄ ɔuenientē similitudinez:
q2 mot' ē eiusdē essentie cū termino ad quē
est: s̃z terminus gñatiōis pōr est termino mot' localis.
Naz terminus gñationis est subā. terminus aūt motus
T.c.4. localis est vbi. S̃z ɔstat q̄ subā prior est ōi vbi: cum sit
accñs: z subā pōr sit ipso accñte. 7° metaphysice. g̃ zc.
¶ Oppositũ arguit̃ auctē Ar. in lr̃a. vbi plane vult q̄
motus localis est prior aliīs motibus.

Ad qōnem aliqua sunt intelligenda. ¶ Pri-
mo est ɔsiderandū q̄ gñatio du-
pliciter accipit̃ sicut cōiter dicit̃ in 2° z in 3° hui'. Uno°
ꝓprie pro eductiōe forme subalis de potētia māe. Alio
mō ip̄oprie pro trāsmutatiōe p̄cedēte in mā p̄ quā trāſ
mutationē p̄cedētē mā disponit̃ ad receptionem forme
subalis. ¶ Itē ɔsiderādū est q̄ aliqd esse pus alio itel-
T.c.55. ligit̃ tripl'r q̄tū spectat ad ꝓpositū s̃m Ari. in lr̃a. Uno
mō dicit̃ pus illud quo non existēte nō essent alia: illō vō
sine reliquis. vt aīali nō existēte nō esset hō: s̃z aīal pōt eē
in aliquo sine hoīe z iste modus pōt vocari pōritas s̃z
ɔñam: eo q̄ a tali priori nō ɔuertit̃ ɔña. Alio mō aliqd
est prius tpe. s. qō fuit aut erit in aliq tpe prius q̄ fuerit
reliquus 3° mō dr̃ pri' s̃m subām. i. s̃m pfectionē z nobi
litatē. ¶ Itē est itelligendū q̄ mot' localis z aliī motus
possunt dupl'r cōpari adinuicez. Uno mō s̃m q̄ sunt in
vno z eodē subiecto. Alio modo s̃m q̄ inueniunt̃ in di
uersis subīs: vt motus localis in corpe celesti. z aliī mo-
tus in aliīs. s. in istis inferioribus.
¶ Tūc dicēda sunt ad qōnē multa. ¶ Primo q̄ si mo-
tus localis z aliī mot' ɔpant̃ adinuicē put sunt i diuer-
sis mobilib'. s. vt mot' localis ē in celestib' z aliī mot'
sunt in istis inferioribus sic prior est motus localis: prio
mō pōritatis s̃m ɔñam. z hoc nihil est aliud dicere nisi
q̄ motus celi pōr ē istis motib' hoc mō prioritatis. hoc
aūt facile ē videre q2 ille mot' quo n̄ existēte aliī nō eēnt
z ipse pōt esse sine reliquis est pōr eis hoc mō s̃z ɔñam.
Sed si non existeret motus celi non essent aliī motus z
ipse motus celestis pōt esse non existentibus aliīs: ita q̄
aliī nō sūt eō ipsi' principalis. z hoc supponit̃ ad p̄sens.
q̄re zc. ¶ 2° dicēdū q̄ si cōparet̃ mot' localis ad alios
motus put sunt in diuersis subīs sic motus localis ē pri
or tpe aliīs motib': q2 ille motus ē pōr tpe quez solum
cōtingit esse ꝑpetuū vnū numero. sed solū motum loca
lem ɔtingit esse eternū vnū numero. g̃ zc. Maior appa
ret q2 eternū seu ꝑpetuū ē pus tpe nō eterno vt māifeſt̃
est: z minor supponit̃ ad p̄ns: q2 Ari. eā diffuse demon-
strat in littera ꝓbando q̄ nullus alioꝝ motuuz ab ipso
motu locali potest esse ꝑpetuus simpl'r z q̄ ipse mot' lo
calis circularis potest esse continuus perpetuus. g̃ zc.
¶ 3° dicēdū q̄ si cōparet̃ motus localis ad alios mot'
put iuenit̃ in eodē subō seu mobili sic mot' localis est
prior s̃m pfectionē aliīs motib' ꝓprie dictis. Qō ꝓba
tur. q2 qō est posterius via gñationis est pus pfectiōis
via. hec supponit̃ pro manifesta: sed mot' localis in vno
z eodem mobili est posterior via gñationis: pus. n. tpe
aīal gñat̃ z postea auget̃ z alterat̃. auget̃ dico ad q̄tita
tē debitaz z postea mouetur motu locali ꝓcessiuo. q̄re
zc. Itē iste motus est pfectior per quē res mota nō cor-
rūpit̃ nec disponit̃ ad corruptionē q̄ ille p̄ quē res mobi
lis corrūpit̃ aut appropinquat corruptioī: hec ē māife-
sta. s̃z p̄ motū localē illō qō mouet̃ nō corrūpit̃ neq3 di-
sponitur ad corruptionē q̄tūcūq3 fortiter moueat̃ mo
tu locali: vt p3 in corpore celesti: qō maxie mouetur mo
tu locali: z tñ est incorruptibile: vt p3 prio celi z mūdi. T.c.20
S̃z per alios motus res mota corrūpitur aut disponit̃
ad corruptionē. tñ enim pōt aqua calefieri q̄ ipsa cor-
rumpitur. z tñ posset aer augeri p̄ rarefactionē: q̄ cor-
rumpit̃. S̃z corp' celeste qō ꝓpriissime mouetur local'r
nūq̄ pōt tñ moueri q̄ corrūpatur. aut magis fiat pro-
pinquū corruptiuū. Et pp̄ hoc aliī motus cōiter dicunt̃
mot' ad formā ꝓ tāto q2 p̄ eos disponitur res ad rece-
ptionē z corruptionē forme subalis de qua p̄ncipal'r dr̃
forma. mot' aūt localis nō dr̃ mot' ad formā q2 p̄ ipm
nō acquirit̃ neq3 corrūpit̃ forma subalis i mobili qō mo
uet̃ illo motu s̃z nāz. s3 d dr̃ motus ad vbi. Alias rōnes
adducit Aristo. in lr̃a: z videat cui placet. Cōsiderādū
aūt est q̄ q̄uis motus localis in vno z eodē mobili sit
prior s̃m pfectionē aliīs motib' ꝓprie dictis: tñ non est
prius s̃z pfectionē gñatiōe ꝓprie dicta q̄ ē eductio for
me subalis aīalis de po' māe. imo illa gñatio videt̃ esse
simpl'r pfectior z nobilior trāsmutatio saltē ex pte ter-
mini ad quez: cū subā sit simpl'r nobilior suis accidenti- Com .2.
bus vt dicit Cōmentator. in 2° de aīa. v̓sus principium.
¶ Et ex hoc p3 ad rationem quid dicendum sit.

¶ Que autem loci mutatio prima sit manifestū
ex his est que autem loci mutatio prima ē nūc
demonstratum est: simul autem z q̄ nunc z pri
us suppositum est q̄ contingit quendam motū
esse continuum z perpetuum zc. Textu com-
menti. LXI. Questio. XVI.

Queritur hic. Utruz transmutationes alie a
motu locali possint esse ꝑpetue. ¶ Argui-
tur pmo q̄ sic: q2 oēs species pñt eē eterne.
q2 vlīa sunt eterna vt vult Arist. p' posteri.
Et lincoñ. dicit ibi q̄ verisile est oēs spēs in
omni hora manere. Alr. n. vniuersitas entiū qñq3 esset
diminuta: qō vr̃ incōueniens. s̃z ille transmutationes a
motu locali sunt quedā species. s. alteratio aut augmen
tatio z generatio: vt patet in 3° z 5° huius.
¶ Oppositū arguit̃ auctoritate Aristo. in isto capitulo.

Ad qōnez dico breuiter s̃z Arist. q̄ nulla trāſ
mutatio p̄ter localē pōt eē ꝑpetua
eadē nūero ꝑmanēs vna z ɔtinua. Et h ꝓbat̃ roc Ar. T.c.62.
q2 nulla trāsmutatio q̄ ē iter opposita ē ꝑpetua z īfini-
ta. S̃z oīs trāsmutatio alia a motu locali est iter oppo
sita. g̃ zc. Maior ꝓpositio recipit̃ ꝓ māifesta. sic. n. ma-
gnitudo q̄ iter duo pūcta ē n̄ ē īfinita simpl'r: sic trāsmu
tatio q̄ ē iter duo opposita n̄ ē īfinita: imo finita z termi
nata. Nā illa opposita sūt t̄mini illi' mutatiōis. z oē hñs
termios ē termiatū: z minor p3 iducēdo. nā alteratio ē
iter ɔrias q̄litates: vt dealbatio iter albedinē z nigredinez

ꝛ augmētatio īter q̄titatē diminutā ꝛ q̄titatē pfectā: q̄
quodāmō opponunt circa idē subm. ꝛ gñatio ꝛ corru-
ptio īter ens ꝛ nō ens aliq̄ mō. gñatio. n. ē nō ente actu
ē ad ens actu. corruptio vo ab ente actu ad n̄ ens actu:
C.ō.62. vt pz in p⁹bus. ḡ ꝛc. ℭ Sz ē ꝯsiderādū fz Cōmen. hic
ꝙ aliq̄s posset imaginari alias trāsmutatiōes eē ꝯtinu-
as. Alio mō nō ꝙ vnū mobile semꝑ ꝛ ꝯtiue moueat ali
quo vno motuū taliū vt ꝙ continue dealbetur aut cōti
nue calefiat fz ꝙ vnū mobile ꝯtinue ꝛ successiue moue-
tur motib⁹ ꝯrijs sine q̄ete media vt ꝙ vnū mobile p⁹ mo
ueat de albedine ad nigredinē. ꝛ 2⁹ de nigredie ad albe
dinē sine q̄ete media. Silr aūt ꝛ de augmēto ꝛ diminu-
tiōe: ꝛ de gñatiōe ꝛ corruptiōe. Sz hoc remouet Arꝫ.
p⁹ rōne cōi de alteratiōe ꝛ augmētatiōe ꝛ diminutione
supponēdo duo. Primū ē ꝙ mot⁹ illi sunt ꝯrij qui sunt
ad ꝯtraria. vt mot⁹ ad albedinē ei q̄ ē ad nigredinē. silr
aūt ꝛ in alijs 2⁹ ꝙ illud quod nūc mouet aliquo motu ꝛ
pus n̄ mouebat illo motu: ꝛ tn̄ ēt q̄escebat q̄ete opposi
ta illi motui dūmō ille motus q̄ nūc mouet nō sit pars
alicui⁹ motus vni⁹: sz diuersus fm spēm ab alio motu.
ℭ Ex hoc sic pōt argui: si aliq̄d ꝯtinue moueret moti-
bus ꝯtinuis ꝛ ꝑpetuis. vbi grā. ꝙ prim⁹ mouet de albe
dine ad nigredinē ꝛ postea ꝯtinue de nigredie ad albe-
dinez: ꝛ sequit ꝙ aliq̄d simul moueret motib⁹ ꝯrijs: aut
ꝙ mot⁹ intercept⁹ q̄ete eēt ꝯtinu⁹: quoꝝ vtrūq̧ ē maīfe
stuz ipossibile. ꝛ ꝓbat ꝯña. q̄z ponam⁹ ꝙ aliq̄d moueat
de albedine in nigredinē: ꝛ iteꝝ de nigredie ī albedinē.
Quero cū mouebat ab albedie ī nigredinē. vtrū moue
bat ēt a nigredine ī albedinē aut nō: si sic. ḡ sil mouebat
motib⁹ ꝯrijs. q̄z positū ē ꝙ mot⁹ sunt ꝯrij q̄ sūt ad ꝯria. si
nō. ḡ aliq̄n q̄escebat quiete opposita illi motui. 2⁹. s. q̄ ē
de nigredine ad albedinē: q̄es aūt opposita motui q̄ est
de nigredie ad albedinē nō ē nisi q̄es ī nigredie: q̄z q̄es
T.c.20. in termino aliquo ē opposita motui: vt pz 5⁹ hui⁹: ḡ illō
mobile aliq̄n q̄euit in nigredine. talis autē mot⁹ nō pōt
eē ꝯtinu⁹: q̄z intercept⁹ q̄ete opposita alicui suaꝝ ptiū. h
aūt manifestū est cuilibet itelligēti. ℭ Itē alr pōt decla
rari ꝯña supponendo ꝙ mobile a pncipio mot⁹ mouet
ad illō ad qō tēdit sine q̄ete media vt si graue mouet ad
vbi deorsuz. s. spatio. 100. miliarioꝝ. nō solū cū ē ꝓpe ter
rā mouet ad vbi deorsuz: sz ēt ꝓpe principiū illi⁹ mot⁹
verū fuit dicere ipz moueri ad vbi deorsum. Si ḡ aliqō
mobile qō mouet de albedine in nigredinez ꝯtinue sine
q̄ete media tēdit de nigredie in albedinē. tūc dū mouet
de nigredie ī albedinē: mouet ēt ō albedie ī nigredinez:
ꝛ sic sil mouet motib⁹ ꝯrijs: q̄z mot⁹ ꝯrij sūt q̄ sūt ad ꝯri
T.c.49 os terminos. vt dictū ē 5⁹ h⁹. Deinde ꝓbat Arist. ꝙ nō
pt gñatio succedere corruptiōi opposite imediate ꝛ cō
tinue. vbi grā. corruptio ignis gñatiōi ignis: ꝛ sic ī alijs
q̄z mutatiōes ille sunt opposite vt maīfestū ē ex 5⁹ ꝛ op
posita nō sunt sil vt ēt maīfestū ē. ḡ gñatio ꝛ corruptio
nō sunt sil: ꝛ tūc supplendū ē ꝙ cū vtraq̧ sint in instanti
non possunt esse in eodē istāti: q̄z sic eēnt sil. relinquitur
ḡ ꝙ si sint ī alio ꝛ alio istāti: ꝛ cū iter q̄libet duo instātia
sit tps mediū: ḡ iter gñationē ꝛ corruptionē erit tēpus
mediū in quo mobile nō subijciet ꝓprie gñatiōi nec cor
ruptioni: tales aūt trāsmutatiōes nō sunt sibiinuicē ꝯti-
nue iter q̄s ē tps mediū: pz ergo ex his ꝙ nulla trāsmu-
tatio alia a motu locali ē ꝑpetuo ꝯtinua eadē fz nūeꝝ:
sz bn̄ pt eē sub idētitate specifica: vt pz ex p⁹ ꝛ 2⁹ ō gña-
tiōe. ꝛ h ꝓbat rō ī pn⁹ iducta. nec Arꝫ. itēdebat h negat.
ℭ Qō autē ꝯtingat esse qōdā infinitū vnuz esse
cōtinuum ꝛ hic est circularis: dicemus nūc ꝛc.

Textu cōmenti. LXIIII. Questio. XVII.

Uerit hic. Utrū mot⁹ reflexus possit eē ꝯtinuus: ꝛ itelligo ꝑ motū reflexū illum motū q̄ aliqō mobile mouet ab vno ter mino ad aliū terminū: ꝛ iteꝝ ab illo ter- mio ad pmū. Uerbi grā. Si lapis moue tur de vbi deorsuz ad vbi sursuz: ꝛ iterū
de sursuz ad deorsuz: simlr aūt ꝛ ī alijs. ℭ Arguit p⁹ ꝙ
ille mot⁹ possit eē ꝯtinu⁹. q̄z nisi tal mot⁹ eēt ꝯtinu⁹ tūc
actu graue extra sursuz nō ꝓhibitū ab aliq̄ detinēte q̄e-
sceret sursū: qō ē ipossibile dio. Et ꝓbat ꝯña: ponam⁹ ꝙ
lapis ꝓijciat sursū ꝛ a sursuz iteꝝ dscēdat ī deorsū. Que
ro vtrū iter istos mot⁹ sit q̄s aliq̄ vel nō. Si n̄. ḡ ē mot⁹
ꝯtinu⁹. Si ē ibi q̄es: tūc seq̄ ur ꝙ graue extra sursū ī ae-
re ꝛ a nullo ꝓhibitū n̄ moueret ad vbi deorsū: q̄z q̄d eēt
ibi ꝓhibēs aut detinēs nō appet. ℭ Itē si talis motus
nō possit eē ꝯtinu⁹ sz eēt necio q̄s media iter ptes ei⁹: se
q̄tur ꝙ si faba ꝓiecta sursuz obuiaret lapidi molari de-
scēdēti deorsū: ꝙ ipe lapis molaris q̄esceret: qō ē plane
ipossibile ꝛ ꝯ sēsuz. Et ꝓbat ꝯña. q̄z ꝯstat ꝙ faba cū ob
uiauerit lapidi molari ꝛ postea reflectit. Si ḡ an̄ illā re
flexionē sit q̄es media necio tūc ī tpe illi⁹ q̄etis aut mo
la mouebit aut nō. si n̄ mouebit ḡ q̄escet cū sit nata mo
ueri. si mouebit. ḡ mouebit fabā q̄z ī itelligibile ē ꝙ cor-
pus adeo graue supponebat fabe ꝛ obtineat sup eā q̄n
moueat eā: ꝛ sic ī tpe illo faba mouebit ꝛ q̄escet: qō ē i-
possibile. q̄re ꝛc. ℭ Itē si mot⁹ reflex⁹ nō eēt ꝯtinu⁹ tūc
mot⁹ reflex⁹ eēt sine motore: qō ē ipossibile: ꝓbo ꝯñaz:
ponat ꝙ pila ꝓijciat deorsuz ꝯstat ꝙ reflecteret sursū: aut
ḡ mouebitur ab ipa terra aut ab aere ꝯtinēte ipsaz. aut
a p⁹ ꝓijciēte. nō vr̄ eē aliud mouēs nisi q̄s fingat. Nō ē
dōz ꝙ a prio ꝓijciēte: q̄z iā mot⁹ ei⁹ cessauit per q̄etem
quā tu dicis ibi itercipi. Et ꝓbat: q̄z ipz pmū ꝓijciēs nō
est siml cū pila: mouēs aūt ꝓpinquū oz eē siml cuz mo-
to 7⁹ hui⁹. Nec est dicēdū ꝙ moueat a terra: q̄z pari rō T.cō.10
ne terra moueret pilā ·ū ponat pila sup eā sine ꝓiectio
ne: qō falsuz ē: vt pz ad sensuz: sic nec ipe aer ꝯtinēs pilā.
q̄z pari rōe moueret eā si nō ꝓijceret ad terrā si sine ꝓie
ctiōe ibi poneret: qō ē falsuz: vt pz sensibiliter. ergo ꝛc.
ℭ Oppositū arguitur auctoritate Aristo. ꝛ Cōmen. ꝛ
oium expositoꝝ qui cōiter ꝛ cōcorditer volunt ꝙ mo-
tus reflexus non potest esse continuus.

Ad qōnem est itelligēdū ꝙ mot⁹ reflex⁹ duplr ꝯtingit. Uno⁹ ꝙ ipz mobile refle-
ctat q̄si ex sui nā a termio a quo ad terminū ad quē: ita
ꝙ nō reflectat ipetu alicui⁹ fortioris mobilis obuiāte:
sicut cū lapis mouet sursuz in aere nulli obuiat nisi aeri
cū ꝑuenerit ad aliqō vbi sursuz postea reuertet q̄si a sui
nā: nō ꝑ ipet⁹ alicui⁹ mobilis fortioris. Alio mō ꝯtingit
ꝙ ipm mobile reflectat ꝓp ipetū vehemētē alic⁹ mobil
fortioris cui obuiat pus ꝙ ꝑueniat ad vbi ad qō terminat
motus eiusdē: si nō obuiaret illi mobili. sic in ꝓiectione
fabe aut lapilli cui obuiauit lapis molaris dscēdēs. pos
sibile. n. eēt ꝙ hmōi lapis obuiaret alicui mobili siue fa
be siue sagitte an̄q̄ ipa sagitta ꝓijceretur ad vbi ad qō
terminaretur mot⁹ ei⁹: ita ꝙ si nō obuiaret lapidi mola
ri adhuc moueretur magis supi⁹. ℭ Ulteri⁹ ē ꝯsideran
dū ꝙ sic hētur 5⁹ metaphisice: illō qō ē vnū numero est T.c.12.
vnū spē lz nō eꝯ. ḡ ad hoc ꝙ mot⁹ sit vnus nūero req̄ri
tur ꝙ sit vn⁹ spē: mot⁹ ḡ vnus spē oz eē in terminū vnū
fz spēz: vt pz ex 5⁹ hui⁹. ℭ Ulterius supponēdū ꝙ ꝯria T.c.31.
nō sunt vnū fz spēz sed diuersa. ꝛ hoc satis pz. 10. meta- T.c.14.
phy. q̄z ꝯrietas est diuersitas ꝑ se ꝛ fz formā: vt pz ibi-
dē: diuersitas aūt ꝑ se ꝛ fm formā ē diuersitas fz spēz.
vt habetur ex 2⁹ posteriorum. ꝛ 10. metaphy. T.c.25.
ℭ Tūc dōz ad qōnez ꝙ mot⁹ reflex⁹ nō pōt eē cōtinu⁹

simplr: qꝛ mot⁹ q̄ nō ē vn⁹ ſ3 ſpē3 nō eſt vnus ſ3 numerū: nō eſt ſimplr ꝯtinu⁹. per p̄mā ſuppoſitionē: ſ3 mot⁹ reflexus nō ē vn⁹ nūero cū nō ſit vnus ſm ſpēm qꝛ motus vnus ſpē ē ad terminū vnū ſpē. per 2ᵃᵐ ſuppoſitiōe3 motus aūt reflexus nō eſt ad terminū vnū ſm ſpēm: qꝛ ꝯtraria nō ſunt vnū ſpē. p tertiā ſuppoſitionē: mot⁹ aūt reflexus eſt ad ꝯtraria. Nā in oī motu reflexo locali mobile qd̄ p̄us mouebat ad ſurſu3 poſtea mouet ad deorſu3 aut ec̄ȝ. vl̄ mobile qd̄ mouebat ad dextꝝ poſtea mouet ad ſiniſtrū vel ec̄ȝ. ꝛ ſic ō alijs differētijs pōnis vt manifeſtū ē cuilibet. Iſte aūt differentie pōnis ſunt ꝯtrarie vt ēt notū eſt. q̄re ꝛc̄. Et iſta rō cōis eſt ad oēm motu3 localē reflexū: ſiue mobile reflectat per ſeipſum ſiue impetu corpozis mobilis ſibi obuiātis forme: ſiue p impetū fortiozis mobilis reflectat. ¶ Itē ꝓbat rōne cōmuni q̄ſi ad oēm motū reflexū: ſiue ſit mot⁹ localis quo mobile reflectat per ſeipſu3: ſiue ali⁹ mot⁹ vt alteratio aut augmētatio: ſupponēdo ſicut ſupponebat p̄us: ꝙ mobile qd̄ ꝯtinue tēdit ab aliquo termino ad aliquē terminū dicit moueri in illū terminū ad que3 cōtinue ꝑuenit: ꝛ nō solū verſus finē mot⁹: ſ3 a p̄ncipio ēt. ſi.n. lapis icipit deſcēdere a p̄ncipio centū leucaꝝ aeris ſupi⁹ ꝛ cōtinue deſcendit deorſu3 nō ſolū vex̄ eſt ipſu3 ad vbi deorſu3 moueri q̄n ē ꝓpe terrā: ſed ēt cū erat iuxta p̄ncipiū ipſi⁹ mot⁹. Nō eni3 eſt rō q̄re diceret moueri ad vbi ad qd̄ ꝯtinue tēdit in vna p̄te tp̄is pluſq̄ in alia. ¶ Tūc arguit vt p̄us arguebat. ſi mot⁹ reflexus eēt ꝯtinu⁹ ſeqtur ꝙ vnū mobile ſimul mouebit motib⁹ ꝯrijs. qd̄ relinqtur ꝓ ipoſſibili. Et ꝓbat ꝯn̄a. ponam⁹ ꝙ mobile moueat a deorſu3 iteꝝ ad ſurſu3 ꝛ tādē a ſurſu3 in deorſu3 ꝯtinue ſine quiete media. tunc per totum tempus illius motus mouebatur ad vbi deorſum. per ſuppoſitione3. ſed conſtat ꝙ mouebatur ad vbi ſurſum aliquando. ſ. anteq̄ reflecteret: ḡ tūc ſil̄ mouebatur ad vbi ſurſum ꝛ vbi deorſu3: ꝛ iſti motus ſunt cōtrarij ſicut ꝛ ſui termini. ergo ꝛc̄. ¶ Itē arguit alia rōne que ſic pōt formari. Ille mot⁹ p quē mobile adeſt alicui termīo ꝛ abeſt eidē: ſiue accedit ad aliquē terminū ꝛ recedit ab eodē eſt iterceptus q̄te media: ꝛ p ꝯn̄s nō eſt ꝯtinuus: ſ3 p motū reflexū hoc cōtingit. q̄re ꝛc̄. maioꝛ ꝓpoſitio declarat. cū eni3 mobile p aliquē motū adeſt alicui termīo ꝛ abeſt ab eodē hoc n̄ pōt eſſe in eodē inſtāti: qꝛ ille ſunt ſuppoſitiones oppoſite. ergo in alio ꝛ alio inſtanti adeſt ꝛ abeſt. ſed iter q̄libet duo īſtātia eſt tēpus mediū: ergo erit aliqd̄ tempus mediū in quo mobile dū accedit ad illū terminū nec recedit ab illo ſm actū. ꝛ in tp̄e illo nec̄io quieſcit. qꝛ illud qd̄ ē in aliquo per aliqd̄ totū tp̄s ſimiliter ſe h̄n̄s q̄ſcit vt p3 in 6° hui⁹: ꝛ ſic p3 maioꝛ: ꝛ minorē ſupponit Ariſ.

T.c.63. tanq̄ notā. ſ. ꝙ p motū reflexu3 mobile adeſt alicui termino ꝛ recedit ab illo: ita ꝙ vtat vno termīo ꝓ duob⁹ ſ. vt termino ad quē ſ3 actū ꝛ vt termino a quo. ¶ S3 illa minoꝛ vr̄ dubitabilis. poſſet.n. aliq̄s dicere ꝙ ſicut mobile dū cōtinue mouet ab vno termino ad aliū terminū nō adeſt alicui ſigno itermedio nec abeſt niſi i potentia ꝛ nō actu vt dicit Ariſto. in lr̄a: ſic dū mobile reflectit nō accedit ad terminū reflexionis nec ab illo recedit niſi i po°. Uerbi gr̄a. cū lapis mouet a deorſum in ſurſu3 ꝛ ad vbi ſurſu3 reflectit deorſu3 nō ē i illo vbi ſurſu3 niſi i potētia: ꝛ ſic nō op3 ꝙ ibi quieſcat. ¶ Dicēdū ꝙ nō ē ſimile de eo qd̄ mouet cū reflexiōe ꝛ ō eo qd̄ nō reflectit. Nā cū lapis ꝓiect⁹ ꝑuenit ad vbi ſurſu3 a quo reflectit mō veriozi terminat ibi motus q̄ in aliquo vbi p̄cedente. ibi enim ſic terminat motus ꝙ lapis vlterius nō ꝓcedit ſurſu3: ſed i nullo p̄cedentiū ſignoꝝ ſic terminabat motus. Quādo vlteri⁹ ꝓcedit. ergo veriozi mō terminatur mot⁹ ad illō vbi a quo reflectit lapis q̄ ad aliqd̄ p̄cedētiū. ſ3 in quolibet p̄cedētiū terminabat motus in potētia. qꝛ ibi poterat terminari motus. ergo in illo vbi ad qd̄ vltimo ꝑuenit mot⁹ terminat motus veriozi mō q̄ i potētia: qd̄ eēt niſi aliqualiter terminaret ibi mot⁹ ſ3 actū. Similr verius ꝛ ꝑfectius icipit ibi motus deorſu3 q̄ in aliquo poſterioꝝ vbi. qꝛ ibi ſic incipit motus deorſu3 ꝙ mobile illud nō prius mouebat deorſu3 ſed ſurſu3. ſ. an̄q̄ ꝑueniret ad illud vbi. in nullo aūt ſubſequētiū vbi ſic icipit mot⁹ deorſu3 q̄n pri⁹ lapis moueretur deorſu3. ḡ ꝑfectiozi mō icipit mot⁹ ab illo vbi q̄ ab aliquo alio poſteriozum: ſ3 a quolibet poſteriozū incepit mot⁹ in potentia: qꝛ ibi poſſet icepiſſe motus. ergo ab illo vbi reflexiōis icipit mot⁹ in actu: p3 ḡ ꝙ mobile adeſt actu ipſi termino reflexiōis ꝛ i actu abeſt ab ipo: qd̄ n̄ p̄t eē i eodē iſtāti: ſ3 i alio ꝛ alio. ꝛ ſic idē qd̄ p̄us.

Ad primam rōnē dicūt aliq̄ ꝙ ipſu3 ꝓiciens eſt cā illius quietis ꝛ detinet ipſum graue ſurſu3. qd̄ ꝓbāt: qꝛ q̄n aliq̄ duo nec̄io ſe cōſequunt. q̄cq̄d eſt cā vnius ē nec̄ia cā alterius. ſed motus grauis ſurſu3 ꝛ q̄es ſic ſe habēt ꝙ quies neceſſario ꝯſequit illū motū. Un̄ ꝓiciens erit cā ēt illius q̄tis. Sed hoc nō ſufficit: qꝛ cū graue mouet ſurſu3 ꝯtingit ꝙ ꝓiciens eſt corruptū an̄q̄ ceſſet moueri graue: corruptū aūt eſt nō ens: ꝛ nō ens nō detinet graue ſurſu3. Et ſi dicas ꝙ illa pars aeris que mouet ſimul cū lapide ad vbi ſurſu3 ad qd̄ ceſſat iſte mot⁹ detinet ipſu3 graue ſurſu3 p aliqd̄ tp̄s. q̄ritur pp quā cā3 detinet ipſu3: cū.n. ipſe aer ſit valde facilr diuiſibilis ꝛ ceſſibilis nō videt rōnabile ꝙ poſſit impedire deſcenſu3 grauis. ꝛ p̄cipue cū graue eſt proiectū ſurſu3. Forte dicendū ꝙ illa pars aeris que ſimulr cū graui venit ſurſu3 p violētiā detinet p aliqd̄ tp̄s virtutē mouēdi alias p̄tes: q̄uis deſecerit eſſe v̄tus mouendi graue: ꝛ in toto tp̄e illo detinet graue ſurſu3. ꝛ cū ōfecerit illa virtus: tūc graue mouebit eā ꝛ ſeip̄3. Que aūt ſit illa virtus ꝛ quare tātū tp̄s durat ꝛ nō p mai⁹ nec p min⁹ tp̄s durat: ꝛ a q̄ corrūpat: reſtat ōclarādū. ¶ Ad aliam dicunt aliq̄ ꝙ ſi lapis molaris deſcendit deorſu3 ꝛ faba ꝓiciat ſurſu3 in directū lapidi nūq̄ faba poterit attingere molarē: imo q̄ſcet in aere an̄q̄ per ſuū motū attigat lapidē: ꝛ tūc poſtea reflectit: ꝛ ſic nō faceret molarē q̄ſcere. Sed hoc nullo mō ſufficit: qꝛ ꝯſtat q̄ faba poterit ita fortiter moueri ſurſu3 ab aliquo ꝓiciente ꝙ niſi obuiaſſet molari fuiſſet vlterius mota ſurſu3. Queritur ḡ q̄d ipediat ipſa3 moueri ſurſu3 in tp̄e illo i quo ponit q̄ſcere an̄ ꝯtactū molaris. nō eſt dōm ꝙ molaris ipſa3 imediate ipediat: qꝛ ſic mouēs ꝓpinquum ꝛ imediatū o3 eſſe ſiml̄ cū moto ſic ꝓpinquum q̄ecans o3 eſſe ſiml̄ cū q̄ſcēte. P̄. ſi ipſe molaris ipedit ea imediate in tp̄e illo q̄re nō ipediebat eā p̄us: nō ē rō ſufficiēs: nec ē dōm ꝙ aer itermedi⁹ ipediat eā. qꝛ ille aer medius aut q̄ſcit ſurſu3 aut mouet deorſu3. ſi quieſcit: tūc nulla rō eſt q̄re ipedit fabā quo adhuc ferret ſurſu3 niſi eſſet molaris. Si āt mouet deorſu3 ipetu molaris tūc mouebit fabā obuiātē in aere q̄ nō pōt ei reſiſtere. ſi mouet ſurſu3: tūc ēt faba mouebit ſurſu3 in tp̄e illo: ꝛ ponebat q̄eſcere in tp̄e illo. ḡ ſil̄ mouebit ꝛ q̄ſcet: qd̄ eſt ipoſſibile. ¶ Sed forte tu dicis ꝙ ille aer itermedius iter fabā ꝛ molarē mouet deorſu3 i tp̄e i quo faba q̄ſcit a ſuo motu ꝛ ipedit fabā a motu ſurſu3: nec tn̄ p̄t eā mouere deorſu3: qꝛ n̄ ſufficiēter obtiet ſup eā. ſic̄ ſi q̄s vellet mouere colūnā mediāte virgula debili mota nō poſſet eā mouere. Hoc iterum licet ſit apparēs nō ſatiſfacit dubitatiōi. Nā ſi loco fabe ꝓiciat ſagitta p arcū fortē obuiās molari nec̄io attingit ip̄3: cui⁹ ſignū erit: qꝛ faciet ſonu3

in eius ꝑcussione: ꝛ sic redit difficultas ꝗliter ꝗescat nisi faciat molarem ꝗescere. ¶ Sȝ cauillabis ꝙ nō attin-
T.c.liȝ. git immediate qꝛ phs ꝓbat i 2° ꝺ aĩa. ꝙ ĩpossibile ē duo corpora se adinuicē tāgere in aqua vel aere: sed opȝ eē aerē mediū vel aquā. Contra. ꝓijciat sagitta acuta ferrea ꝯtra lignū magnū descēdens. ꝯstat ꝙ ĩgredieť i ipȝ. ꝛ sic eū attinget sufficiēter: ꝛ tūc reflecteť ad ĩferi⁹: ꝛ sic idē qȯ ꝑus. Dicit hic vltimo ꝙ illud mobile nullo tēpore quiesceť tñ erit motus reflexus: sȝ moueť p accñs ex violētia illi⁹ grauis descēdētis cui obuiabit ꝛ nō sui ꝓpria nā. Dictū aūt Ar. ꝛ sue demōstratiōes debēt itelligi de p se. s. de illo qȯ per suī nām reflectiť. Illud. n. est ꝙ actu adest ꝛ abest respectu eiusdē signi. Sed illud qȯ reflectiť impetu alterius cui obuiauit non sic adest ꝛ abest actu. Et cū diciť ꝙ sic mouebiť motib⁹ ꝯtrarijs. dōm ꝙ nō sequiť: ꝛ cū ꝓbať: qꝛ illud qȯ ꝯtinue tēdit ad aliquē terminū moueť ad ipsuȝ a ꝑncipio motus vsq; ad finē: pōt dici ꝙ verū est si ꝯtinue tendit ad illū terminū p eādeȝ virtutē vel p diuersas virtutes: quaꝝ vna sit sua ꝓpria virtus: ꝛ alia sit virtus alterius. sed si tēdit cōtinue ad vnū terminū per diuersas virtutes alioꝝ a se: nō oȝ. ꝛ sic est hic. Naȝ illud ꝓiectū supius qȯ obuiauit alicui fortiori faciente ipsum sine aere medio moueri deorsuȝ moueť per diuersas virtutes extraneas vel extrinsecas. s. virtute ꝓiciētis ꝗtū ad ꝑorē motū. vel virtute obuiantis quo ad posteriorē motū. ꝗre nō valet: ꝛ iō nō oȝ ꝙ simul moueať motib⁹ ꝯtrarijs. Vel dicēdū ꝙ moueť motib⁹ ꝯtrarijs p accñs. ꝛ hō non habeť ꝓ inconuenienti. ¶ Alia rō Ar. hñ ꝓbaret ꝙ ille mot⁹ reflexus nō est simplr vn⁹. s. qꝛ est ad ꝯrios terminos: sȝ nō ꝓcederet ꝙ necio sit ibi ꝗes media iter ei⁹ partes. ¶ Alr diceret aliquis ad illā istātiā de faba ꝛ hmōi. s. ꝙ i ꝓiectis qb⁹ obuiaret aliqȯ mouēs forti⁹ ꝙ bene ē ibi mot⁹ cōtinu⁹ sine interruptiōe ꝗetis medie. Et ille due rōnes Aristo. q̄ sic ꝓbant ꝙ iter ꝑtes motus reflexi necessario est ꝗes media: ꝓcedūt ꝺ motu nāli vt esset motus aialis aut alic⁹ hmōi. Et forte de motu cui⁹ vna pars esset nālis: ꝛ alia violēta. vt si lapis ꝓiectus sursuȝ iterū redeat virtute ꝓpria: sed de motu pure violento nō ꝓbant. qꝛ de tali nō sic est necesse ꝓbare: cū manifestū sit ꝙ nō potest eē ꝑpetuus simplr: vt pȝ in ꝑmo celi. mō cū faba obuiauit mo-
T.c.li. lari: ipsa nō moueť illa velocitate q̄ moueť nāliter: imo cōtra naturā suā: lȝ. n. graue moueť deorsum nāliter: tñ nō omne graue moueť ꝺorsuȝ nāliter quacūq; velocitate. sed determinať graue determinata velocitate. Cuȝ ꝗ diciť ꝙ ꝯtinue tendit ꝛc. verū ē ꝯtinue si tendit ex se vel partiȝ ex se ꝛ partiȝ ex alio: sȝ si pure violēter ꝛ ab alio nō oȝ: ꝛ sic est hic. ¶ Ad aliud cū diciť ꝙ reflexū adest ꝛ abest ꝛc. verū est si sic de se moueť vel partiȝ nāliter ꝛ partim violēter. Sed sine dubio vna de rōnib⁹ Ar. vř ineuitabiliter ꝓbare ꝙ ois talis mot⁹ ē distinct⁹ a ꝗete aut ꝙ vnū mobile simul mouebiť motib⁹ cōtrarijs. Arguit eniȝ sic. Oē qȯ nūc moueť aliquo motu ꝛ ꝑuȝ erat ꝛ nō mouebať motu illo ꝗescebat ab illo motu. hec ē manifesta. Ponam⁹. n. ꝙ faba ꝓiecta sursuȝ obuiās molari descendat: manifestuȝ est ꝙ cū descendit moueť deorsum: ꝛ prius nō mouebať deorsuȝ aut reflexiue. ergo ꝗescebat quiete opposita motui ꝺorsuȝ: sed ꝗes opposita motui deorsum nō est nisi ꝗes in vbi sursum. ergo aliqñ ꝗesceb at i vbi sursuȝ. Et si dicas ꝙ añq̄ reflecteret ꝺorsuȝ. ꝗ simul mouebať ad sursuȝ ꝛ deorsuȝ: qȯ ē ĩpossibile. hic diciť ꝙ ꝑus mouebať cōtrarijs motib⁹ per accñs sed nō per se. Vel dicendū. ꝛ forte melius cuȝ diciť. Oē qȯ nūc moueť ꝛc. Veꝝ ē si nō ĩpediebať a ꝗete opposita illi motui per aliqȯ ꝑdñans ꝛ obtinens: sed si ĩpediatur non opȝ: ꝛ sic ē hic. ĩpeditur. n. a quiescēdo per aliquod violentās ꝛ obtinēs supra ipsuȝ: ꝛ sic nō quiescebat. Et ista sunt ꝓbabiliora q̄ mihi apparēt de isto ꝓblemate. ¶ Qȯ aūt dř ꝙ ꝯtrarij mot⁹ possunt simul eē p accñs hoc nō sufficit: qꝛ nūq̄ cōtraria cōtrarietate ꝑfecta insunt simul eidem ꝛ fm idem: quō eniȝ esset aliquod simul calidissimū ꝛ frigidissimū per accñs: hoc est derisoriū. similr ꝯtraria nūq̄ possunt simul inesse eidē per accñs: ita ꝙ vnū sit in vltima sua ꝑfectione ꝛ reliquū cuȝ ipso: quō enim aliquid eēt calidissimū ꝛ frigidissimū quātūcūq; per accñs: absurdum est oino. hoc aūt sequeretur in ꝓposito. Nā motus ad vbi sursum ꝛ ad vbi deorsuȝ sunt contrarij cōtrarietate ꝑfecta vt videtur manifestū. ꝗre ꝛc. ¶ Ad aliud pōt dici ꝙ cuȝ pila ꝓicitur sursum ad terram vehemēter ꝛ cū ipsa ꝓicitur aer cōtra suam nalem inclinationeȝ tūc aliqua pars aeris deorsum mota leuitate sua redit ad superius ꝛ secum mouet ipsam pilam tanq̄ mouens propinquuȝ. cuius signum est quia quanto fortius proicitur ꝛ percutit ad terram tanto altius resilit: quod non videtur esse nisi quia aer fortius ꝛ vehementius reascendit sursum.

¶ Quod aūt lationū circularis prima sit. Textu cōmenti. LXXV. Questio. XVIII.

Primo igitur arguit̄ ad partē negatiuā rōnibus multis acceptis ex v̄bis Auerroys ⁊ alioꝝ. Ipse .n. in sua summa scie diuie. particula quarta versus finē hāc difficultatē precipue considerans ponit hec verba. Iaʒ declaratū est ex sermone p̄dicto q̄ nobilior horū motoꝝ est motor celi stellati. Et q̄ iste est cā alioꝝ motoꝝ. Et hoc est q̄d iam est declaratū ex illo s̄mone. Sʒ cū nos considerauerimus ꝓprietates p̄mi .i. q̄ est vnus simplex non intelligens de sua essentia aliquā multitudinē ⁊ inter actionē hui⁹ motoris nō conueniunt huic iste ꝓprietates: vult dicere q̄ primū simplr̄ intelligit de sua essentia rē existentē in sua essentia nō in alio. Nā ipse itelligit suā essentiā tm̄ sine relatione ⁊ sua essentia nō est cā̄a: ⁊ in eo non est multitudo nec ꝓpter veritatē intellect⁹ ⁊ intellecti neq̄ multitudo intellectorum. vt dicit Cōmēta. cōmēto. 51. 12. metaphy. Sed aliī motores vel itelligētie intelligūt suā essentiaʒ quā hn̄t a p̄mo. Et hoc mō itelligūt rē q̄ ē p̄ter suā essentiā aliquo mō: q̄ q̄ illud q̄d intelligūt de p̄mo est sua essentia sicē declarabit. Et io i eis reperit̄ multitudo aliquo mō ⁊ relatio q̄uis itelligens itellect⁹ ⁊ itellectū in ipsis abstractis sunt vnū sicut declarabit. Iste tm̄ modus declarationis nō est oīo cōueniēs pōni. sed veritati vt apparebit. Postea aūt dat ipse cām in multitudine reperta in quolibet motore mō cōuenienti positiōi. Et dicit q̄ iste motor de necessitate ab ipso ꝓuenit magis q̄ vna forma. Nā ipse dat formā celo stellato ⁊ esse motoris mouēs celū q̄d est post ipm ⁊ ab vno simplici iquātū simplici tantū vnum ꝓuenit. Quō ergo ꝓuenit ab ipso multitudo diuersarū rerū que diuersificant̄ in dignitate naʒ motor de necessitate est nobilior q̄ forma celi: ⁊ essentia ex qua ista duo sequunt̄ hʒ partes quasdā nobiliores: quasdā vero min⁹ nobiles. Uult dicere q̄ prouenīunt aut sequuntur ab ipso due res distincte sm̄ dignitatem ⁊ agens agit simile essentie eius de necessitate illud agens non erit oīo vnuʒ: sed cōtinet in seipso partes dissimiles. Et cū fuerit talis dispositio hui⁹ essentie .s. motoris celi stellati de necessitate erit causatū habēs cām q̄ est causa sui esse. Et illud p̄ncipiū est illud cui conueniunt ille ꝓprietates ⁊ ei equipollent: ⁊ hoc est deus gloriosus. Nā ponere aliud p̄ncipiuʒ pri⁹ isto de necessitate est superfluum ⁊ in nā non est superfluū: sed q̄lis est ordo istoꝝ p̄ncipioꝝ ad hoc p̄mo videt̄ esse magis cōueniēs q̄d magis ꝓpinquū ipsi sit intellectū magis simplex ⁊ magis nobile. Et q̄ nō inuenit̄ hic motor nobilior motore toti⁹ sequit̄ de necessitate q̄ ipse sit petētia res ordinata vel producta ab ipso .s. p̄mo p̄ncipio. videt̄ ergo q̄ ꝓpria sua opio est hec ⁊ cōponat̄ sermo eius sic. ab vno simplici sm̄ q̄ est vnū simplex nō ꝓuenit ab ipso multitudo: sed p̄mū simplr̄ est vnum simpliciter. ergo a p̄mo nō ꝓuenit multitudo. Et cū cōiungat̄ huic cōclusioni q̄ a p̄io motore ordinat̄ vel ꝓuenit multitudo. sequit̄ q̄ prim⁹ motor nō est primum simplr̄. Propositio aūt dicens q̄ ab vno inquātū vnū nō ꝓuenit ab ipso multitudo nisi vnū tm̄: declarata est ꝑfecte a Cōmētatore in li° destructio destructionū quē cōposuit cōtra Algazel: Et aliquas eaꝝ rōnū dicaʒ. Dicit .n. ibidem. si fuisset possibile ex vna eēntia multas actiōes ꝓuenire fuisset possibile aliq̄d fieri sine efficiente. nam ens ab ente ꝓducit̄: nō a non ente. Et iō īpossibile ē priuatū ex se ꝓduci. ⁊ cū efficiēs aliquid agit ⁊ extrahit illud de potētia ad actū: extrahit illud efficiēs sm̄ q̄d est in actu: erit de necessitate modus rei acte sm̄ modum efficiētis extrahentis illud a priuatione in eē. Nā si q̄libʒ actuʒ fieret ex quolibʒ efficiēte: nō āt determiato fuisset possibile res exire in actū de se nō ꝓpter efficiēs producens ipsas: ⁊ si multe spēs extrahunt̄ de potentia in actuʒ ab vno efficiente: de necessitate oʒ esse in ipso aliquid q̄d sit ꝓportionale ipsis spēbus. Nā si in agente nō fuisset nisi vn⁹ modus ex ipsis reliqui modi q̄ extrahunt̄ extraherent̄ de se sine efficiente. ¶ Sʒ tūc ibidē ipse dubitat cōtra hanc rōnē dicēs: forte aliquis diceret q̄ cōditio agēdis est esse in actu absolute tantū nō eē sm̄ actū determinatū. Et rn̄dens huic dicit q̄ si hoc esset: ita q̄libet ꝓduceret̄ per q̄libet efficiēs nō determinatū a determinato. Et sic entia cōfunderentur. ¶ P̄. esse absolute .i. vle magis est ꝓpinquū p̄uationi q̄ esse. Et ideo negant ens vle ⁊ coloreʒ vleʒ dicētes iesse intentionum: vult dicere: vt puto q̄ oē ens in actu est vnū nūero determinatū: sicut declaratuʒ est in .7. metaphy. ⁊ in multis aliīs locis. Et dicit q̄ verificantes itentiones dicūt ipsas neq̄ esse neq̄ non esse. Uult dicere q̄ vlia que fiunt ab intellectu aliquo mō nō sunt in actu extra aiam nec simplr̄ p̄uata: q̄ tunc vle esset figmentū: sed sunt extra aiaʒ in potētia.

Preterea dicit ꝙ si sufficeret efficienti esse ens absolute
tantū intenciões fuissent cāe reꝝ. Declaraē hec conditio
nalis vt puto sic. Nā si sufficeret efficienti agere ꝓpriā ⁊
determinatā reꝫ vel res determinatas esset tm̄ in actu: ⁊
ꝙ nō sit habens ꝓprietates determinatas conuenientes
aliquo mō reb⁹ actis fuisset possibile ꝙ vlē qḋ fit ꝑ ope-
ratione intellect⁹ qḋ est idē: vt dicit cū ente absolute tm̄
esset cā reꝝ exn̄tiū extra aīam. Nā postꝙ agēs nō idiget
mō ꝓprio cōueniēti effectui eēt ꝓportio entis i potētia
vlis: qḋ fit ꝑ itellectū qḋ est idē cū ente absolute ad cāuā
ꝓportio entis absolute in efficiente in quo nō ē modus
cōueniens effectui. Aut sic declaraē. q: ens absolute tm̄
nō ꝓpriū ⁊ determinatū est intētio vt dixit: ⁊ sic intētio
sufficeret cāre res. ¶ Adhuc ꝓbans istā ꝓpōnē dicit ꝙ
nos scimus res esse diuersas sm̄ diffōnē: ⁊ ꝙ quiditatem
ꝑꝑ diuersitatē actionū earū: ⁊ iō si quodlibet vel q̄libet
actio ꝓduceret a quolibet efficiēte: nō fuisset possibilis
diuersitas in q̄ditatib⁹ coꝝ. Et sic nō esset diffō nec q̄di-
tas neqꝫ sciā. Adhuc posuit multas rōnes ad q̄situm q̄s
hic omitto. Propositio autem dicēs ꝙ p̄muꝫ est vnuꝫ
simplr absolute declarata est ab ipso in dicta sua sūma: ⁊
in. 1. metaphy. ⁊ in lib⁹ destructio destructionū. vbi loq-
tur de ꝓprietatib⁹. De ordine aūt aliaꝝ intelligentiaruꝫ
videē ēt dubiū sicut dicit ibidē. s. in sua sūma. Nam sicut
dicit necesse est itelligētiā nobiliorem esse p̄orē: sed nobi
litas in istis inuenit aliquo q̄tuor modoꝝ: aut ꝑꝑ veloci
tatē mot⁹ aut magnitudinē corporis mobilis plura cir-
cūdantis: aut ꝑꝑ multitudinē stellaꝝ vel magnitudineꝫ
eaꝝ: vel ꝑꝑ multitudinē motuū ⁊ paucitatē eorum q̄b⁹
perficiē mot⁹ stelle. Nā illud qḋ indiget ad motionē stel
le plus vno motore est diminutū respectu indigētis pau
ciorib⁹ motoribus. Nā hoc nō indiget motorib⁹ ita mul
tis p̄ter ipm. Et dicit hic. nā ipse credidit ꝙ ōis mot⁹ de
terminat⁹ necessarius ad motionē stelle hꝫ motorem de
terminatū. verbi grā. si ad motionē saturni requirantur
q̄nqꝫ motus hꝫ q̄nqꝫ motores sm̄ istā viam. ergo dicit ꝙ
motor celi stellati est nobilior alijs motorib⁹. Nā in ipso
inuenitur nobilitas oībus modis supradictis. De ordie
aūt alioꝝ motoꝝ dicit ꝙ nō habem⁹ ꝓpōnes veras vel
necessarias: nisi tm̄ ꝙ videē magis cōueniens sicut con-
sueuerāt expositores in hoc loco. i. ꝙ post dignitatē mo
toris corporis stellati est motor saturni. Et silr dicenduꝫ
est de alijs motibus. i. ꝙ ordo coꝝ in nobilitate est sꝫ or
dinē celorum vnū post aliud vel sub aliud vt declaratuꝫ
est in astronomia. ⁊ dat cām ꝑꝑ quā dicit nō hr̄e ꝓpōnes
in hoc necessarias. Nā sm̄ ꝓprietates quas dixim⁹ p̄us
attribuere dignitatē eis accidit ꝯdictio. Nam si posueri
mus dignitatē in motorib⁹ sm̄ situ corporuꝫ coꝝ ⁊ esset
positū ꝙ circūdans ē magis circūdato qḋ est sibi q̄si for
ma sicut declaratū est in loco suo: ⁊ postea cōsideraueri
mus dignitatē sm̄ velocitatē multitudinē ⁊ paucitatem
⁊ magnitudinē stelle, ⁊ paruitatē sequiē oppositū. Nam
nos videm⁹ celos magis inferiores esse velocioreꝫ vt ce
lū solis ⁊ lune: nisi dicat quis ꝙ hec velocitas ē respectu
magnitudinis vel distantie nō i se: vult dicere ꝙ hec cor-
pora sūt minora. Et iō ꝑficiūt circulatiões coꝝ tp̄e bre-
uiori: sed cū cōsideram⁹ magnitudinē ⁊ circulationē for
te supiora sunt velociora. Et iō nō valet hec ꝯn̄a sūt ve
lociora. g̃ ꝑficiūt circulatiões coꝝ vel reuolutiones tp̄e
minori: nec hec ꝑficiūt circulatiões tp̄e miori. g̃ sunt velo
ciores. Postea aūt dicit ꝙ hoc videē a dispōne solis. Nā
ipse est maior ⁊ hꝫ pauciores motus oībus. Dicit etiā ꝙ
possumuꝫ opinari ꝙ mouens solē ordinaē a motore celi
stellati: ⁊ postea ordinaē vel ꝓduciē a motore solis mo-
tor saturni. Et sic sm̄ istū ordinē vsqꝫ ad motorem lune.

Et dat signū sup̱ hoc illud qḋ semp̱ videē de motu stella
rum in ꝯparatione ad solēꝫ ⁊ a cōseruatiōe coꝝ ꝑpetua
in velocitate ⁊ tarditate sm̄ distātias determinatas co-
rū: ⁊ maxime ven⁹ ⁊ mercurius. nā motus istoꝝ duoruꝫ
celoꝝ sunt equales motui solis. Luna etiā videē ꝙ ꝓce-
dit equalr apud ꝯiunctionē ⁊ oppositionē ⁊ apud q̄dra
turas. Et iō videē ꝙ motor solis est nobilior: ⁊ reliq̄ celi
p̄ter p̄mū quasi seruiūt soli ⁊ sequiē eum sicut diximꝰ. Et
iō dicit vlr ꝙ nō habem⁹ demōstrationē de hoc: ⁊ silem
snīam posuit in. 12. metaphy. cōmēto. 44. Deinde addu
cit difficultates accidentes in hac mā ⁊ solones earum.
Primū est ꝙ sm̄ istū ordinē ꝓueniet a motore saturni:
nō ergo aīa corporis ei⁹. i. sua sub̄a ⁊ motor celi q̄ ē post
ipm ⁊ motus corporis eius ꝑficiē per plusꝙ vnū motuꝫ
⁊ illud qḋ ordinaē ab ipso est plusꝙ vnus motor: imo sꝫ
hoc sunt sex: vnus motus motor corporis existētis post
ipm ⁊ q̄nqꝫ q̄bus ꝑficiē motus saturni. Sed sm̄ illud qḋ
precessit videē necessariū ꝙ nō debēt ordiari ab isto mo
tore nisi tres res. Nam ipse est in 3⁹ gradu. Et est neces-
sariū ꝙ multitudo inuēta in actōe eius sequiē multitudi
nem existētem in sub̄a eius sicut ex vna essentia ꝓuenit
vna actio tm̄. Et ad hanc respondēt ꝙ hoc sequeretur si
posuerimuꝫ res ordinatas ab isto. 3. motore vniformiter
⁊ sm̄ vnū modū ab ipso. Sed nos dicimus ꝙ a motore
saturni ordinanē p̄marie ⁊ p̄ncipaliter tria. vnū coꝝ est
motor celi existentis post ipm ⁊ aīa celi ⁊ vnus motorū
q̄bus idiget ad motū illi⁹ stelle. Et postea ordinanē vel
ꝓcedūt ab isto motore tres reliqui motores ordinate. i.
scōus a p̄mo ⁊ tertius a scōo. Scōa difficultas est ꝙ seq̄
ret sm̄ hoc ꝙ motores solis ⁊ lune sunt multi sm̄ multi
tudinē inuētaꝫ in sub̄a coꝝ duoꝝ cū sit in istis p̄ncipijs
multitudo exn̄s in sub̄a eorū: ⁊ habebit luna. verbi grā.
nouē motus ⁊ sol si posuerimus ipꝫ sup̱ lunā ⁊ sub vene
rem ⁊ mercuriū sm̄ diuersitatē que est in lr̄ iter astrono-
mos. Et huic rn̄det ꝙ sm̄ hanc opiōnē est necīuꝫ ꝙ mul
titudo ordinata a quolibet coꝝ est sm̄ multitudineꝫ sm̄
quā diuidiē hec eēntia nō plus: ⁊ iō ab vno ordinaē vnū
non duo. Et ipossibile est vt illud cuius eēntia diuidiē in
duo ꝓuenire ab ipso tria: nō tn̄ est necīū ꝙ illud qḋ ꝓue
nit ab essentia multiplici sit sꝫ numeꝝ: sm̄ quē diuiditur
illa essentia: ⁊ dat cām in hoc. Nā nō ē possibile sicut po
stea declarabiē ꝙ aliqḋ istoꝝ p̄ncipiorū sit sine actione.
Sed ꝙ actiones cuiuslibꝫ coꝝ sint sm̄ nūeꝝ: sm̄ quē di
uidiē eēntia illi⁹ nō est necīuꝫ. Et cā hui⁹ est ꝙ illud qḋ ē
ex eis magis nobile: quaꝝ eēntia diuiditur vel multipli-
caē actiones ei⁹ sunt nūerate per se. Illud aūt qḋ est mi-
nus nobile actiōes ei⁹ sunt pauciores multitudie exn̄te
in eēntia ei⁹. ⁊ vlr nō sequiē ex lr̄ qḋ dicim⁹: ex vno nō fit
nisi vnū: ꝙ ab illo cui⁹ sub̄a diuidiē in duo ꝓueniāt duo.
In lr̄ aūt destructio d̄structionū quē ꝯposuit ꝯ Algaçel
ponit tal' difficultatē de mēte ipsius Algaçel ꝯ hāc posi
tionē: dicit. n. sic. ꝙ hec videnē fabulose dicta ⁊ fantasti-
ce. Nā ⁊ si cōcesserimus istas suppositiōes q̄uo tūc veri
ficabiē dictū coꝝ. s. ꝙ p̄mū cāuū: q: est possibile in se ꝓue
nit ab ipso sub̄a celi suppremi: ⁊ sm̄ ꝙ itelligit se proue-
nit ab ipso aīa celi: ⁊ sm̄ ꝙ itelligit suā cām prouenit ab
ipso alia itelligētia: ⁊ q̄uo differt iste sermo a s̄mōe dicē
te cū fuerit hō possibilis ex se itelligens se ⁊ suā cāꝫ ꝓue
nit ab ipso sm̄ ꝙ est possibile celū. Et sm̄ ꝙ itelligit se ⁊
suā cām due alie res. Nā esse possibile ex se non diuersifi
caē ꝑꝑ diuersitatē sub̄e possibilis fuerit hō vel intelligen
tia vel celū: ⁊ tunc querit q̄ est habitudo iter eē possibile
ex se ⁊ ꝓuenire celū ab ipso ⁊ multū deridet hāc positio
neꝫ. Dixit aūt sm̄ ꝙ est possibile ꝓuenire ab ipso celū: ⁊
sm̄ ꝙ itelligit se ꝓuenire ab ipso aīa celi: q: ipse credidit

q aia celi est alia a motore separato z a corpore scdm
opinionē Aui. Auerroys aūt ponit tm motorē z corp⁹
simplex: ideo diuersificant in exemplis ipoꝝ. Cui respō-
det Auer. ibidē dicēs. quia hec opinio nō conueniat pnci
piis physicoꝝ: tn̄ inconueniēs qd adducere voluit Alga
zel nō sequit. Nā exēplū ei⁹ de hoie fuisset veꝝ si pone-
retur hō possibilis ex se necessarius ab alio intelligēs se
z suā cām pducens entia fm suā essentiā z fm suā cogni
tionē: sicut positū est totū hoc in scdā cā apud hanc opi
nionem. Nā cū fuerit sic positū sequit q pcedunt ab isto
hoie due res. vna earū fm q cognoscit se: altera sz q co
gnoscit suū efficiens. Nā positus ē efficiēs fm cognitio-
nem z nō est remotū ēt dicere si poneret efficiēs fm suā
subam q illud qd puenit ab ipso est fm q est possibilis
ex se aliud ab illo qd puenit ab ipso fm q est necessari⁹
ex quo he due intētiones iueniunt in sua essentia vel in
sua suba. Et dicit vlr q nō differt hoc a sermone dicēte
si poneret hō in quo sint omnes pprietates exñtes in pri-
mo pueniret ab illo tot⁹ mūdus. Nā pper pprietates
existētes in pmo iudicamus mūdū esse ab ipso. Et i fine
dicit in abbreuiatōe eius q hec est via modernoꝝ pho-
rum Arabū: sicut alpharabij Auicē. z alioꝝ: z putat q
hec est via platonis z themistij: z est fortior via super q
sustentati sunt in hac opione. Jaz valde plongaui in ista
pma rōne que est positio Auic. z alioꝝ. Nā ab istis dcis
intelligunt multa dicta Cōmētatoris que postea addu-
centur ꝯ hāc opionē tali mō q nō posset quis errare in
expositione illoꝝ dictorū nec extorquere dicta Cōmēta
toris pper quoꝝdā opiones. ¶ Scdō arguit auctori
tate Cōmētatoris. 12. meta. cōmē. 41. soluēdo difficulta-
tem Joānis grāmatici vbi dicit: Sed. qret aliquis si mo
uetur a potētia cuius actio est infinita necesse est vt mo
ueat ipm nō in tēpore sicut cōtingit cū fuerit existens in
ea: z dissolutio est. q iste motus cōponit: vt declaratū ē
ex duobus motorib⁹: quoꝝ vnus est finite motionis: z ē
aia existēs in eo: z alter est infinite motiōis z est potētia
que nō est in mā. Scdm igit q mouet a potētia infinita
mouet in tēpore cū dicere finitatē est habere pportionē
determinatā ad rem motaz z in sua suba est eterne: quē-
admodū suū subiectū est eternū. L in neutro eorū est pos-
sibilitas in suba: sed est possibilitas in subiecto eorum ad
recipiendū motū. Jn eis aūt nō nisi mouere tm̄: z per di
uersitatē istius pposicionis in corporib⁹ celestib⁹. s. q est
inter corpora eorū z animas diuersificant in velocitate
z tarditate: z in hoc in quo cōueniūt: qz mouent a potē
tia n̄ in mā habēt eternitatē motus z cōtinuationē mo
tus. Ex hoc mō verū est dicere corpus celeste hr̄e poten
tiam finitā. Et clarū est q nō est intentio Auer. q celum
sit cōpositū ex aia existēte in ipso sibi inherēs aut ex mā
z forma. Nā ipse vbiqz valde sollicitat istā opinionē de
struere ꝯ Auic. nō intelligit ergo per istam aiam aut mo
torem qui est in ipso: nisi motorē appropriatuz sibi imāli
qui aliquo mō dicit aia: z dicit esse in corpore scdm q ē
motor appropriatus pportionat⁹ corpi determinatoꝝ.
Motor ergo de quo dicit nō esse in mā est motor nō exi
stens in mā etiā appropriatiuc. i. nō est motor appropria
tus alicui corpori nec existēs in ipso: z hoc nō verificat
de motore pmi mobilis. Nā ipe ēt est appropriatus suo
corpori vel mobili: pptera quō verificabit de illo pmo
mobili habere has duas intentiōes nisi cuz posuerimus
aliaz substantiā priorē motore eius appropiato. pz ergo
q est alius motor pter motorē appropriatuz pmi mobi
lis prior ipso z est deus z nō est aliqua via sz quā mouet
nisi fm finē. Et hec ratio est valde fortis difficilis expō-
nis z maxie apō nō intelligētes pncipia ꝯmentatoris in
scientia diuina intantū q pper hanc rōnē absolute di-
xit Joānes ō Jādonis in. 8. physicoꝝ. z maior pars ex-
positoꝝ latinoꝝ q opinio Cōmētatoris est q deus nō
mouet corpus determinatū: sed est mouens tm̄ fm finē:
z illud qd fortificat istam est natura. Cōmen. in. 8. physi
corum: in solutiōe cuiusdā dubitatiōis: dicit q motor in-
corporeus nō est finitus nec infinitus. Nā nō est quātus
z iste sunt pprietates quātitatis: in qbus verbis sunt dif
ficultates. vt pz per dicta expositoris Thome. Naz ipe
ibidem arguit ꝯ Cōmētatorē dicens q magnitudo fini
ta z infinita dupliciter debent forme z potētie motiue.
Uno mō per accidens fm extensionē sui subiecti vt al-
bedo dicit magna fm extensionez superficiei in qua est.
Alio modo magnitudo debet forme fm rōnē pprie per-
fectiōis: ita q albedo perfectior z intēsior in parua qti
tate dr̄ esse maior albedo q̄ albedo remissa i magno pa
riete: qūis ergo forma nō existens in mā nō habet ma-
gnitudinē pmo modo: tn̄ habz in scdō modo z alia plu
ra cōtra cōmētatorē adducit. z qd videt magis difficile
est. Nam ipsemet dicit in multis locis q proportiones
motoꝝ diuersificant fm velocitatez z tarditatē: z dicit
ipsos esse finitos. vt pz in verbis eius. 8. physicoruz. z. 12.
metaphy. auctoritate pallegata. z pmo celi z mūdi. cō-
mento. 38. z. 39. z. 71. que oia nō vident posse solui nisi di
cendo q pmus nō est finitus nec infinitus. qz nō appro-
priatur alicui corpori per aliquē motū determinatuz si-
cut relique intelligentie nec existit i corpore sed est finis
tantū. ¶ Tertio arguit. pter motorē mouentē fm ama
tum z intellectū opz de necessitate ponere motorē amā
tem z intelligentē: sed pmū pncipiuz qd est deus mouet
fm q est amatū z intellectū. ergo opz ponere preter ipz
amantē z intelligentem. Maior pbat: supponendo qd
declaratū est a pho in 12. metaphy. q nullus est modus
fm quē mouētur corpora celestia a motorib⁹ eoꝝ nisi sz
intellectionē z desideriū: z tūc declaret sic. Celū mouet
fm q est intelligens z desiderans. g mouet ad amatum
z intellectū: sed celū nō mouet fm q est amans z intelli
gens nisi intelligendo per celū aggregatū ex corpore ce-
lesti z motore suo imateriali: z motor ei⁹ est illud qd itel
ligit. Nā nō ē alia aia in celo nec forma nec fantasia fm
Cōmētatorē. ergo ille motor mouet ad amatū z ad itel
lectū. Qz aūt pmū simplr mouet fm qd est amatū z itel-
lectum pz. Nā motor corporis pmi sicut z alij mouet sz
q est amans z intelligens. ergo est preter ipm amatuz z
intellectū apud qd mouet vel mouet: z hoc non est nisi
deus. Nā nō opz ponere adhuc eūm priorē. isto amato.
Et hec oia vident esse manifesta ex verbis z intentione
philosophi z cōmentatoris. Nā cōmētator. 12. metaph.
versus finem cōmenti. 36. loquens de Arꝫ. dicit. Et dixit
oia ista ad declarādū q corpora celestia cū habēt appe
titum pper intellectū. Intellect⁹ aūt maius bonū ipso
appetit: contingit necessario q corpora celestia appetūt
in hoc motu aliqd magis bonū ipsis: z cū illa sūt nobilis
sima corporū sensibiliū z meliora: necesse est q illud bo-
num qd appetunt sit nobilissimū entiū: z maxime qd ap-
petit totū celū in motu diurno. Declaratū est ergo q ap
petens appetit nobilius ipso z nihil est nobilius motore
z maxime totius pter amatū ab ipso qd est deus: z dicit
in eodē. 12. cōmēto. 37. versus finē. pmū eni celuz mouet
ab isto motore fm desideriū vt assimilet ei sz suū posse
sicut amans mouet vt assimilet suo amato: alia aūt cor-
pora celestia mouentur fm desideriū ad motū pmi cor-
poris: z in ꝯmēto. 44. dicit. Illud igit qd itelligit motor
corporis celi de primo motore z est causa in anima celi;
aliud est ab eo qd intelligit ex eo motor orbis saturni: z

similiter de vnoquoqꝫ eorum.s. ꝙ perfectio vniuscuiusqꝫ eorum est intelligendo cām p̄mā ⁊ ꝓpriā: ⁊ manifestum est ꝙ celū qd̓ post est.s. celum saturni est p̄mū ſm eum ⁊ p̄hm: p̄terea cū perfectio vniuscuiusqꝫ eoꝝ est intelligendo p̄mā cām ſm eum videt ꝙ pfectio motoris p̄mi corporis est intelligendo p̄mā cām. ergo p̄ma causa est p̄ter motorē primi corporis: ⁊ in suba orbis versus finē indḡt. Et cū considerauit in istis virtutib⁹ celestib⁹ appetitiuis: vult dicere motores: iuēit eas mouere ad appetibile nobilius ipsis. Hoc aūt non verificat de motore p̄mi corporis nisi ponat ꝙ ipse nō est deus. ¶ Quarto arguūt posteriores latinoꝝ sic simplr̄ nobile ⁊ perfectū nō īdiget actione. vt dicit p̄hus. 2. celi in duabus questionib⁹ difficilib⁹: sed deus est simplr̄ nobile. ergo: ⁊ ꝯfirmāt hoc sic. Omne mouēs ſm efficiens aut mouet ꝓpter pfectionē quā acquirit aut ꝓpter ꝯseruationē sue pfectionis: sicut dicit cōmētator in. 12. metaphy. cōmēto. 37. sed de⁹ nullam acquirit perfectionē cū sit prima cā. ⁊ simpliciter pfectus nec indiget conseruare suam perfectionē. nā nihil est eo nobilius cui appetit assimilari. Et hec est cōseruatio perfectionis sicut videt ex verbis cōmentatoris in illo loco. p̄terea dicūt ꝙ p̄hs dicit in loco preallegato. 2⁹ celi. ꝙ omne mouens aliquē motū effectiue mouet propter rem nobiliorē ipso nihil aūt est nobilius deo. ergo ⁊c̄. ¶ Quinto arguit rōe rabi Moysis de egypto dicentis hec verba. ⁊ nō est conueniens ꝙ intellectus mouēs primum mobile sit p̄ma causa que est necessaria ex se: q2 iaz conueniret cū alijs intelligentijs in vna dispōne ⁊ est mouere corpora. quasi ergo arguit sic. substātie diuerse oīno quarum vna est causa aliaꝝ nō ꝓuenit ab eis vnus effectus. sed substātia p̄mi p̄ncipij multū differt a substantia aliarum intelligentiarū ſm perfectionē ⁊ dignitatē: ⁊ est causa earum necessaria ex se. ergo nō cōmunicat cū reliquis intelligentijs in mouere: ⁊ videt bōa rō. ¶ Sexto arguit rōne quā ponit dn̄s. Cōmētator in quibusdā suis ēpistolis: ⁊ videt ex suis verbis ꝙ sit accepta ex verbis themistij. ⁊ est hec: stellatū celū nobilius est nō stellato: ita ꝙ quasi mot⁹ celi non stellati est ꝓpter motū celi stellati: sed primū nō est stellatū ſm opinionē posteriorum. ergo celū stellatū existens post ipsum est nobilius ipso ⁊ motus eius. i. nō stellati ordinat propter motū celi stellati: ⁊ illud qd̓ tali motu mouet mouet per accidēs. ergo motor p̄mi celi mouet per accidens: sed p̄mus nō mouetur nec essentialiter nec accidentaliter. ergo motor p̄mi corporis nō est p̄mū simpliciter. ꝓpositio aūt dicēs ꝙ illud qd̓ sic mouet mouet per accidēs: declarat hoc mō de mente ipsius in illo loco. Nam motus celi stellati cōstituit vel fit a duobus motoribus qui intendunt motū vniusmet corporis. i. stellati. Naz illud in quo nō ē stella est ꝓpter stellatū: ⁊ de necessitate isti duo motus diuersi habēt duos motores: ⁊ inquantū sunt quasi in potentia vnius mobilis. sequit ꝙ quilibet eorū intendit vnū motorē postq̄ ista p̄ncipia mouent ſm ꝙ sunt fines: ⁊ ideo quilibet istoꝝ motoꝝ duoꝝ mouet ab alio p accidēs. Vult dicere. ex quo quilibet istoꝝ motorū intendit motum alterius. Nā isti duo motus. s. nō stellati qui ordinātur ꝓpter motū stellati: ⁊ motus celi stellati sunt q̄si vn⁹ motus cōpositus vel cōstitutus: sicut dicimus ꝙ reliqui motores mouent per accidēs: quasi corpora eoꝝ mouētur ſm motū p̄mi corporis: ⁊ quasi motores eorum itendunt istū motū eundē. Dicit p̄terea ibidē ad declarationem huius ꝙ sicut mot⁹ multi q̄ sunt ꝓpter vnāmet stellā motores eorū. s. corpoꝝ intendunt ad vnū motorē: ⁊ est p̄mus motor illius stelle: sic est in istis duob⁹ motib⁹ quos videmus in celo stellato. ex hac tn̄ rōe non habet ꝙ mouet tanq̄ finis tm̄: forte enim mouet mediate alio aut contigit non mouere effectiue nec mediate nec imediate: q2 ab ipso p̄mo tm̄ sequit p̄m⁹ motor ⁊ nihil aliō: q2 est oīo simplex: ⁊ ab vno tm̄ vnū ꝓuenit ſz ip̄m: ⁊ sic cōtingit rationi rabi Moysis. ⁊ iō hec opio est oīo ꝯria positioni p̄hi ⁊ Cōmētatoris: ⁊ oēs rōnes quas dicem⁹ sunt cōtra ipsā: nō sic aūt est de opinione themistij: quā tis ipse differt ab opinione p̄hi ⁊ cōmētatoris: ⁊ nō indigemus in hoc duobus motorib⁹: he sunt ratiōes fortiores per quas hec positio videtur esse vera.

Ad partem affirmatiuā arguit auctoritate cōmentatoris in. 12. metaphy. cōmēto. 44. vbi istam difficultatē determinās ex itētiōe asserit partē affirmatiuā. dicit. n. Sed queret aliquis: quoniam si motus omniū orbiū intendant eandē actionē ⁊ eundē ordinē cōmunem omnibus: necesse est vt hēant eandē formā intellectā extrinsecā a formis quas intendit vnusquisqꝫ per se. s. formis ꝓprijs: erit igitur forma quasi finis addita super formā ꝓpriam erga quā mouet orbis stellatus: ⁊ vnusquisqꝫ orbis aliorū orbium. Dicamus igit ꝙ nulla forma est quasi finis ⁊ cōmunis ⁊ vniuersalis nisi illa ex eis que hꝫ actionem cōem: Et hec est dispositio forme mouētis p̄mū celū motu diurno: dispositio enim in iuuamento corpoꝝ celestium adinuicem in creando entia que sunt hic ⁊ cōseruando ea ē sicut dispositio regentium bonoꝝ qui iuuant se adinuicem in regendo bonā ciuitatē: quoniā oēs actiones eoꝝ sunt erga actionem p̄mi p̄ncipis: ponunt eniz actiones suas seruiētes ⁊ cōsequētes actionem p̄mi p̄ncipis: quēadmodum igitur p̄mus p̄nceps in ciuitatibus necesse est vt habeat actionem ꝓpriam que est nobilissima actionum: ⁊ si non esset ociosus quā actionē intendunt per suam actionem omnes qui sunt sub primo p̄ncipe: quēadmodū igitur necesse est in istis principatibus vt p̄mus principat⁹ sit: sic est necesse in actionibus p̄ncipum vt primus actio sit: ⁊ sic accidit in artificijs que iuuant se adinuicem erga vnum artificiale: ⁊ sunt illa quorum quedā sunt participantia alijs ⁊ omnia reducunt ad vnum artificiū: verum igitur quoniā plura artificia seruiunt artificijs equitandi. Sic igit est intelligendū de istis corporibus cum suis formis a quibus mouent. Et de istis formis adinuicem: postea ibidem dicit tm̄ esse illic intellectus ⁊ intellectū: ⁊ perfectum ⁊ perficiens: quēadmodū artificia perficiunt adinuicem in hoc ꝙ accipiunt p̄ncipia abinuicem ⁊ omnia reducunt ad accipiēdū oīa sua p̄ncipia ab artificio vniuersali cōtinenti ea. Et ideo videmus ꝙ scia magis propria primi dei. s. est illud qd̓ continetur sub prima p̄hia: ⁊ scientia ꝓpria ꝓprius que sunt sub eo est similis scientijs particularibus que sunt sub p̄ma p̄hia. Videtur ergo ex verbis eius expresse ꝙ non est hic forma preter formas appropriatas: apparet etiā ꝙ si p̄ma forma nō esset mouens ⁊ habeat actionē sicut reliqui motores q̄uis sit illa actio magis nobilis ⁊ magis vniuersalis esset ociosa. videtur etiam ꝙ ille primus motor est deus: ⁊ miruz est de latinis quō intelligunt istam questionē. Nam si poneretur hic forma nō appropriata mouens ſm finē tm̄: sicut dicūt: questio est vera ⁊ nulla indiget solutiōe: ⁊ quomodo verificatur apud eos ꝙ nō est forma quasi finis ⁊ vniuersalis nisi forma habēs actionē cōmunē: ⁊ est motus diurnus. Et si velint exponere ꝙ deus est habens illam actionem mediate: tm̄ hoc est falsum. nā nulla est positio ponens inter primū motorem primi mobilis ⁊ deū aliam intelligentiam: vel saltem nō apparet verisimilis positio. nec motiuū cōmentatoris ad hoc inducit. quare ergo mouetur hec difficultas si cōmētator ꝯcedit hoc. s.

ꝙ deus est mouens mediate ſm finem. Et quare negat
questionē: imo verum est ſm hoc ꝙ est quaſi finis addi-
ta ſuper formā propriā. Ꝑ. ipſe aſſimilauit hoc pmo pn
cipi ⁊ arti pncipali. Et dixit ꝙ pmus pnceps habȝ actio
nem determinatā: nobiliſſimā tñ actionē: ⁊ ꝙ alij ponūt
ſuas actiones ſeruientes ⁊ cōſequētes actionē pmi prin
cipis: ⁊ hoc nō verificabit̃ niſi de motore approprīato mo
tui diurno primi corporis quē cōſequūtur alia corpora
celeſtia ⁊ motores eoꝝ. Preterea ipſe ponit hanc dubi-
tationē ꝯ ſ. qꝛ iam dixit ꝙ non est ſubſtantia prior mo-
tore totius: qꝛ quilibet eorū est mouens ſm agens ⁊ fi-
nem. Hec aūt dubitatio ꝓbat oppoſitū. ſ. ꝙ est vna ⁊ ad
dita. vnde cōmētator ſoluit iſtam. ergo ſolutio hec vult
ꝙ non est aliqua cōmunis preter appropriatos. hoc pȝ
etiaȝ ex dictis eius in illo cōmento ante qſtionē pdictaȝ
vbi dicit. etiam est intelligenduȝ ꝙ motus alioꝝ orbium
intendūt motū orbis ſtellati: ⁊ ꝙ perfectio vniuſcuiuſqꝫ
mouentiū vnūqodqꝫ eorum. i. orbium. ſ. pmorum perficit̃
per primuȝ motorē oīum. Et ideo omnes intendūt hūc
motum diurnuȝ qui est primi motoris actio ⁊ pncipium
aliarum actionū. Et cum huic fuerit adiunctuȝ illud qd
dicit cōmento. 52. ſententia erit magis clara.

In iſta difficultate ſic ꝓcedā. pmo de-
clarabit̃ poſitio q̃ ē
phi ⁊ ſui excellentiſſimi ꝯmētatoris. ⁊ adducam q̃ſi oīa
verba eoꝝ reperta in hac difficultate: ⁊ dclarabo ea ſȝ
poſſe meū. Scdo ponam quaſdā ſuppoſitiones ex qbus
apparebit ſolutio argumētoꝝ ⁊ difficultatuȝ fere oium
accidentiuȝ in iſta queſtione. Tertio ſoluam argumēta.
¶ Dico ergo ꝙ cōcluſio quā tenent phs ⁊ cōmentator
est hec ꝙ deus vel primū pncipiū ſimpliciter entium mo
uet imediate primū celū effectiue determinatum ſicut ⁊
reliqui motores mouent ſua corpora determinata: in hꝰ
tñ est aliqua dria ſicut poſtea declarabit̃. Hec concluſio
declarat̃ multis modis. Primo ſi poneret̃ forma abſtra
cta prior: vel alia a forma mouente primū celū eſſet fru
ſtra: ſed ſine aliqua indigentia vel rōne cogente ad hoc
ponendū: ſed ſine rōne nō est aliquid ponendū vel affir-
mandum eſſe. ergo ⁊c. Minor pȝ. maior declarabit̃ cū
erunt ſoluta argumenta que vident̃ hoc ꝓbare. Secun
do ſic ꝓbat̃. ſi ponetur talis forma abſtracta. ſ. non mo-
uēs effectiue remouebit̃ ab illo forma ꝙ est maxime ꝓ
prium formis abſtractis illius. ſ. mouere. erunt ergo ſine
actione: ⁊ ſic ocioſe vel fruſtra: ſed hoc est falſum. Nā na
tura nihil facit fruſtra vel ocioſum: imo pȝ ꝙ actio pro-
pria illis formis ſm ꝙ ſunt abſtracte: oȝ maxime attri-
bui forme pfectiſſime ſimpliciter: ita ꝙ ei ⁊ maxime cō-
uenit mouere ⁊ hec rō est fortis ſuper quā ſuſtentatꝰ est
phus ad ꝓbanduȝ numerū abſtractaꝝ formarum: ⁊ ma
xime: qꝛ totus mundus est quaſi vnū animal: cuius q̄dā
partes ordinantur ꝑ quaſdaȝ: ⁊ quedā earum colligā-
tur cum quibuſdā: ⁊ omnes cū pmo: vnde nos inuenimꝰ
phm ⁊ cōmētatorē 2° celi. cōmēto. 24. ponētes iſtā pro-
poſitionem tanq̄ per ſe notam. ſ. ꝙ omne in quo inuenit̃
melius ⁊ nobilius ſuum eſſe melius est vt ſit ſm diſpoſi-
tionem meliorem. Natura eni ſicut dicit non tantū facit
neceſſariū: ſed etiam illud qd est melius. Qꝫ aūt mouere
est conueniens bonū illis formis ꝓbat̃. Nam commen-
tator. 2. celi. cōmento. 17. inquit. omne. n. habēs actionē
in ſe hȝ actionē in alio. Et per hoc illic voluit phs dcla
rare neceſſitatē motus ⁊ mobilis ⁊ multitudinē motuū:
vide illic verba ſua maxime in trāſlatione noua ſeu lati
na. Et idem in codē 2° dicit̃ cōmento. 21. illud qd inueni-
tur ꝓpter ſe pma intentione neceſſe est vt inueniat̃ pro-
pter aliud ſecunda intentione: niſi illic nō eſſet natura in

nata ad largiendū. Item cōmento. 17 dicit in rebus aūt
diuinis est econuerſo. ſ. ꝙ actio eoꝝ pma intentione est
ꝓpter ſuum eſſe ⁊ ſecūda ꝓpter aliud. Et declarabitur
adhuc magis in ꝓceſſu hoc totū. Ꝑ. dn̄s Auer. in ſua ſū
ma vel abbreuiatione. caº 4º. loquēs de numero abſtra
ctorū dicit. ſed cum poſuerimus ꝙ ſit aliud pncipium ex
iſtis pncipijs pter iſta que numerauimus opȝ de neceſſi-
tate ꝙ illd principiū habeat actionē aliquā ſibi determi
nataȝ vel ꝓpriā. Nā īpoſſibile est ꝙ ſit aliqd principium
ex iſtis nobilibus principijs ſine actiōe. Nam ſubſtātia
ignis īpoſſibile est quin ab ipſa ordinet̃ vel ꝓueniat cō-
buſtio ⁊ iſta principia agūt nāliter. Uult dicere nō volū
tarie vniuoce cuȝ voluntate noſtra nec nāliter. i. ſine co-
gnitione: ſed actio eorum ſequit̃ nām ⁊ ſubſtantiā eoꝝ
que natura est cognitio ſicut cōbuſtio vel eſſe cōbuſtiuū
ſequit̃ naturā ignis ⁊ ſicut ſol nāliter illuminat. ¶ Item
dicit ꝙ ſi eſſet aliqd principiū ex iſtis ſine actione iaȝ na
tura feciſſet aliquid ocioſe vel fruſtra quāuis eſſe eorum
prima intentiōe nō est ꝓpter eorum actionē: ſed ſecūda
intentiōe: ſed hoc equaliter ſm vnā diſpoſitionē inueni-
tur in eis. ſ. ꝙ nō inuenit̃ in eis principiū ocioſum. Uult
dicere ꝙ nō est poſſibile inuenire formā ex illis que non
habeat actionē ꝓpriaȝ preter actionē eius in ſe: ⁊ ē intel
lectio que est ſubſtantia eius que ineſt ſibi propter ſeipſa
prima intentōe: ſicut poſui ex dictis eius in ſecundo celi:
motus etiā vel mouere ē prima intentiōe per ſeipſas vt
ſint meliori diſpoſitione ſm quā eſſe poſſunt: ſecunda āt
vt conſeruent iſtū mundū inferiorem ſicut declarabitur.
Poſtea dicit. Item: ⁊ ideo debemus abſolute hic dicere
ꝙ numerus eoꝝ est finitus ⁊ īpoſſibile est eſſe principia
nō agentia. Et manifeſtū est ꝙ ipſe ītelligit hic de actio-
ne actionē aliam ab intellectione. Nam ipſe dicit ꝙ eſſe
eorum nō est prima intentiōe ꝓpter ſuas actiōes. ⁊ hoc
pȝ etiam ex dictis eius ⁊ intentione ibideȝ. ¶ Itē in illo
loco parū poſt inquit. ſed motus eoꝝ est vnꝰ ⁊ cōtinuꝰ
modo quo dicam. Nam ipſa cū cognoſcunt bonū in eꝰ
ſus cognitione cōſiſtit eorum perfectio appetunt aſſimi
lari ſibi in perfectione: ⁊ hoc cū eſſe eoꝝ inuenitur ſm
meliorem diſpoſitionē que est poſſibilis in ipſis. Et quia
melius est ꝙ mouent q̄ vt quieſcūt. Nam motus est vita
aliqua rerū nāliū: ſūt ſemꝑ ī motu ⁊ hoc nō est: qꝛ cogni
tio eorum est ꝓpter motuȝ. Nam ſi ſic. eſſet magis nobi
le ꝓpter minus nobile: ſed qꝛ motus ꝓuenit a pfectione
⁊ ſequitur ipſam ſicut cōbuſtio ſequitur formaȝ ignis: ⁊
ſicut nos cum peruenerimus ad vltimā perfectionē me
lius est nobis influere in alios vel docere per illā perfe-
ctionē alios ſecunduȝ menſurā ſibi poſſibilem: nō ꝙ pfe
ctio noſtra ſit ꝓpter illud aliud ita est in corporibus cele
ſtibus cū iſtis inferioribus. Et debes ſcire ꝙ commenta
tor intelligit hic per corpus celeſte aggregatū ex corpo
re ⁊ ſuo motore. ¶ Itē notādū ꝙ ex iſtis dictis ⁊ ex ver
bis eius in ſcda celi. cōmento. 17. apparet ſolutio quorū
dam argumentoꝝ quibus putauerunt quidam latino-
rū arguere cōtra ipſum dicendo in multis locis: ꝙ q̄uis
non agunt hic aut mouent: tamen non ſunt fruſtra aut
ocioſa. Nam eſſe eorum non est ꝓpter motū nec ꝓpter
inferiora: ſed ꝓpter ſe ⁊ ſuas proprias actiones que ſunt
intellectiones eorū. Et ꝓpter hoc putauerunt ꝙ erravit
cōmētator cōmento pmo. pmi metaphyſice. Et ipſi ve-
re errauerunt ⁊ non intellexerūt verba ſua: quis eni po
ſteriorum phorum equipollet ei aut prioruȝ preter Ari
ſtotelem: ſed de hoc alias magis dicam. Redeamus ad
noſtrum. ¶ Item cōmentator. 12. metaphyſice. cōmēto.
48. dicit. nulla ſubſtantia abſtracta est que nō mouet: qꝛ
tunc inueniretur in diſpoſitione diminuta: ⁊ patȝ ꝙ non

intelligit mediate vel sm finem:qr hec non esset tūc via
numerandi istas substantias abstractas sm numerꝝ mo
tuum:sicut dicit ibidem:ꝛ phus dicit ibidem:omnis na-
tura ꝛ omnis substātia impossibilis:ꝛ cui per se inuenit
dispositionē meliorē.vult dicere mouere.vt pꝫ.❡ Item
cōmētator in media sua expositione.i.12.metaphy.inq̄t.
ꝙ illud qḋ inest istis principijs abstractis sm ꝙ sunt ab-
stracta est ꝙ sint mouētes.Dicit ꝑterea.12.cōmēto.44.
Et ideo dicit Ari.ꝙ si alique substantie essent non mo-
uētes essent ociose.pꝫ ergo expresse ꝙ abstracta debent
esse sm meliorē ꝛ nobiliorem dispositionē.sed melius est
mouere:ꝛ ideo si non mouent essent frustra sm hūc mo
duꝫ:ꝛ maxime primus:esset enim possibile dicere ꝙ mo
uere ē iperfectio respectu ꝑmi si separata mouerent seu
fatigarentur aliquo modo quādo mouent:sed nō ē ita.
❡ Tertio declarat sic.tm̄ abstractaruꝫ ꝓprietates quo
rum esse est declaratum in physica:per motū declaratur
in metaphysica.Sed in naturalib⁹ nō est declaratū nisi
esse motoruꝫ sm ꝙ sunt motores.ergo tm̄ proprietates
eorum declarant in sciētia diuina huic appropriata. Et
ideo non loquit in scientia diuina nisi de illis quoꝝ esse
est declaratū in naturalib⁹ per motum:sed loquit de illis
in scientia naturali sm ꝙ motores:ꝛ in sciētia diuina sꝫ
ꝙ sunt forme ꝛ fines.Et ideo si sit hic forma nō mouēs:
sed est tm̄ causa sm finē:de illa nō est loquendum nec in
scientia naturali:nā naturalis non hꝫ de hoc cōsiderare
nec in diuina.Nam scientia diuina nō considerat nisi de
formis abstractis:quoꝝ eē accipit a naturali:ꝛ hoc ma
nifestum est scientibus aliquid de phia Ari.ꝛ commen-
tatoris:ꝛ declarauit iam hoc cōmētator.12.metaphy.cō
mento.6.Nec aliquis pōt dicere ꝙ hoc supponit tanꝗ̄
per se notum:nam hoc est valde dubitabile:ꝛ puto forte
ipossibile sicut tu vides:nec etiā dicere possumus ꝙ mo
uens sm finē tm̄ nō est corpus cū in eterno mouet.Nā
hoc est omnino notum.vel saltē non est declaratū per il
las rationes.8.physicoꝝ.quomō ergo scitur nō esse cor
pus saltē in illo loco.❡ Quarto arguit.si poneretur si
cut diximus sequeretur ꝙ demonstrationes Arist.in.8.
physicorū in hꝫ ꝓposito non probant illud qḋ intendit
probare.ꝯña ꝓbatur.supponendo illud qḋ est per se no
tum in illo loco:ex verbis philosophi:ꝛ est ꝙ intētio sua
est declarare esse ꝑme cause.ꝛ ꝙ non est corpus nec vir-
tus in corpore ꝛ est ꝑpetua.Modo si poneretur prima
causa alia a ꝑmo motore effectiue:hoc nunꝗ̄ declarabi
tur nec declaratuꝫ est per illas demōstrationes acceptas
a motu perpetuo nisi apud nō intelligētes Ari.demon-
strationes in illo loco.Et Cōmentator ibidem in expo
nēdo vba philosophi ꝙ ꝑmus motor est in circūferētia
maximi corporis dicit.ꝛ ideo omnes leges cōueniunt in
hoc:quoniā deus habitat in celo.Uidetur ergo ꝙ deus
est primus motor ꝛ ꝙ demonstratōes philosophi ꝓbāt
esse deum incorporeū:ꝛ nos videmus ꝙ cōmētator re-
prehendit Auicen.cōmento vltimo.ꝑmi physicoꝝ.dicē
do ꝙ ipse voluit declarare ꝑmū motorē alia via ꝓ qua
declarauit hoc phs.8.physicoꝝ:sed auicen. nō declara
uit alia via nisi ꝑmū ꝑncipiū.ergo deus est primus mo-
tor imediate:nā phus non declarauit ibidem nisi hꝫ:vel
reprehensio commentatoris nulla:ꝛ phus:ꝛ cōmenta-
tor in.2.physicoꝝ.in cōmento.72.dicunt expresse ꝙ ꝓ-
prietates ꝑmi motoris sunt ꝙ mouet ꝛ non mouet:ꝛ ꝙ
est primū omnium rerum:ꝛ pꝫ ibidem ꝙ ipsi loquuntur
de motore proprie:quāuis sit etiā finis:ipsi enim loquun
tur ibidem de causa motiua:vt distinguitur ab alijs cau
sis.Qꝫ hec sit opinio philosophi ꝛ cōmentatoris decla-
ratum est ex predictis ꝛ declarabitur iterū ꝑfecte addu

cendo verba eorum fore omnia in hoc proposito dicta.
Primo enim.12.metaphy in sua expositione media po-
nit hec verba ad litteraꝫ:postꝗ̄ illud qḋ dixit de ordine
motorum in dignitate:ꝛ ꝙ moderni non habent in hoc
demonstrationem.Dicit eniꝫ.Et sic debemus credere ꝙ
dictū eoꝝ de primo principio ꝙ non sit mouens corpus
celeste motum diurnū non habet demōstrationē etiam.
Naꝫ isti sustentati sunt in hoc ꝙ hec substantia ꝑma:qr
est in fine simplicitatis ꝛ vnitatis:sicut declaratuꝫ est in
ista scientia ꝛ ab vno nō prouenit nisi vnum:ꝛ motor ce
li sm motum diurnum prouenit ab ipso due res.Una
ē anima celi:ꝛ alia motor celi existentis post ipsuꝫ:ꝛ mo
tor celi met nō est vnus nec simplex simpliciter.ergo ipse
non est primus:ꝛ due medie propositiones sunt false.nā
non est illic productio nec prouentus vere nisi dicetur
equiuoce postꝗ̄ ista principia non sunt cause effectiue ni
si sm motum.i.qr mouet:prouentus autem ꝛ productio
intelligitur in causis agentibus.i.vere:sed tm̄ verificatur
de eis consecutio ꝛ esse sicut dicitur ꝙ res consequitur ꝛ
est propter suam formā ꝛ inuenitur cuꝫ eius forma.No
ta tamen ꝙ hec consecutio ꝛ cōsecutio dicta ab ipso cō
mentatore cōmento.44.12.metaphy.vbi dicit nec con
secutio dicitur equiuoce si trāslatio sit recta.nam illic lo
quitur de consecutione secundū agentē:hic autem sꝫ for
mam.ꝛ alio modo redeamus ab eius verbis:ꝛ sm hāc
dispositionem verificatur de corporibus celestib⁹ ꝙ sūt
entia propter istas substantias inquātum ille substantie
sunt principia eorum scdm motum aut motionem:ꝛ sm
formam ꝛ perfectioneꝫ.Et cum hoc sit ita nō est impos-
sibile ꝙ a forma simplici perficiantur due res que sunt
due perfectiones diuerse in cognitione scdm magis ꝛ mi
nus ꝛ magis nobile ꝛ minus nobile.Et hoc sm ꝙ est in
natura vniuscuiusqꝫ intelligere de ipsa:ꝛ ipsa in se ē vna
simplex.Nam ipsa non est causa nisi propter cognitionē
tm̄.s.ꝙ intellectū est causa intelligentis ipsum:ꝛ hoc mo
do dicitur de istis ꝙ vna earum inuenitur per aliā ꝛ con
sequitur ꝛ est causata ꝓpter illaꝫ.Et hoc modo dicimus
ꝙ omnia corpora celestia mouentur sequentia motum
diurnum primi celi.Et hoc propter appetitum illius qḋ
intelligunt de prima causa ꝛ mouentur motus proprios
per illud qḋ intelligunt de principijs determinatis eoꝝ:
ꝛ est ordo particularis apud quem mouentur ille stelle
absqꝫ hoc ꝙ sit multitudo in substantia illiꝰ principij.s.
primi quāuis multa intelligunt ipsum. Nam quodlibet
eorum intelligit illud quod distincto ꝛ cognitione diuer
sa.ꝛ sic dicimus nos ꝙ illud qḋ intelligit celū met de pri-
mo principio est sm alium modum.s.nō sm modū queꝫ
intelligit ipsum sm principium:ꝛ considera hoc.naꝫ ma
nifestum est.Uult dicere ꝙ relique intelligentie non in-
telligunt primam eo modo quo ipsa intelligit seipsam.
Nā si sic nulla esset diuersitas inter eas:ꝛ esset substātia
que est ens ꝓpter aliud conueniens substātie que est ens
propter se.Dicit vlterius ꝙ illud quod dicunt ꝙ ab vno
non prouenit neqꝫ producitur neqꝫ fit nisi vnum:ꝛ reli-
quos modos quibus vtuntur in isto loco si voluerūt in
hoc ꝙ ex vno simplici non prouenit nisi vnum simplex
nihil esset causatum nisi vnum tantum simplex.Nam il-
lud quod contingit in ꝑmo:in secundo etiam contingit:
ꝛ si intelligit ꝙ ab ipso prouenit compositum.s.propter
vnum simplex vel ab vno simplici iam concesserunt ꝙ
ab vno simplici ꝓuenit multitudo:ꝛ hec omnia sunt fal
sa ꝛ extranea.Nam non inuenitur illic aliqua res vel di
spositio ꝓpter quā oportet nos imaginari hec verba:sꝫ
deduxit eos ad hoc:qr voluerunt dare intelligere vulgo
istas intentiones per modū cognitiōis conuenientis eis

sm sermones legum in esse entiũ in prima causa. ⁊ ideo omnes loquentes huius legis dicunt ꝙ concedens eternitatem mundi negat primum principiũ ⁊ negat actiones: ⁊ isti voluerunt congregare hec duo: scilicet moderni ex philosophis arabum ⁊ appropinquare istam intẽtionem intentioni quam vulgus intelligit ⁊ imaginatur primo de principio. vult dicere ꝙ vulgus non intelligit mundum habere efficiens ponendo ipsum eternum et quis negat efficiens sm modũ quẽ vulgus ponit: putatur a vulgo ꝙ negat primã cãm. ⁊ ideo dixerunt moderni ꝙ ipse fecit vel ab ipso ꝓuenit sm ordinem positum: q̄uis crediderunt ipsas esse eternas: ⁊ quasi posuerũt ꝓductionẽ perpetuã. ⁊ iam Cõmẽtator locut⁹ est de hoc 2. celi. cõmẽto. 104. Dicit vlteri⁹ ꝓsequens dictum suũ: ⁊ in hoc gloriati sunt intantũ ꝙ posuerũt hoc modo cõsiderationis pro ꝑncipio qḋ ꝓbare volunt primã causã esse aliam a motore motũ diurnũ. Et ꝯsidera hoc: quia manifestũ est ⁊ deus scit ⁊ si esset hic ꝑncipiũ abstractũ nõ mouẽs oĩno fuisset nature posita ociosa vel frustra: sicut dicit Aristo. Nã illud qḋ inest istis ꝑncipijs abstractis sm ꝙ abstracta sunt: est ꝙ sint mouentes sm desiderium. ⁊ isti volendo declarare demõstratiue primũ principium negauerunt ab illo maxime ꝓpriũ sibi ⁊ est mouere nõ remãsit principium apud eos nisi sm formam ⁊ finem. vult dicere ꝙ est valde inconueniens ꝙ alia principia sint ꝑncipia sm motorem finem ⁊ formã ⁊ primũ nõ potest mouere. nã si potest moueret necessario: possibile aũt in reb⁹ eternis est necessarium. deinde dicit Cõmentator. ⁊ Aristo. multum reprehendit platonẽ q̄r posuit formas abstractas nõ mouentes: ⁊ si posuerimus ꝙ mouens totum nõ est primũ quia est compositum: ⁊ cõcesserimus ꝙ ab vno non ꝓuenit nisi vnum sequeretur ꝙ hoc compositum ꝓductum ab ipso ꝓductum est etiã ꝓpter compositum vel a composito: ⁊ sic in infinitũ: ⁊ nõ esset hic principiũ simplex. ⁊ hoc est inconueniens ⁊ absurdum sequens istam positionem. Et ꝓpter has intẽtiones vel opiniones quas posuerunt in ista scia intãtũ ꝙ crediderunt ipsas esse partẽ scie diuine. dixerunt multi ꝯsiderantes in hac scia ꝙ illa est debilior scientijs aliis peripatheticoꝝ. i. scientia diuina ⁊ non est sicut putauerunt sed illud qḋ de istis verificauit Aristo. est magis firmum vel fortius alijs demonstrationibus factis in alijs scientijs: sed falsificauit hoc: q̄r posuerunt isti hoĩes istas res in ista arte: sed illud qḋ affirmare vel credere debemus de istis rebus est ꝙ motus corporũ celestium sunt eterni: ⁊ ꝙ cuiuslibet motus coꝝ est motor eternus mouens ipsum sm desideriũ ⁊ mouent ipsa apud eũ: quia intelligunt per intellm̃. i. cognitionẽ modi intellecti versus queꝫ mouet: ⁊ ꝙ est hic ordo vniuersalis ⁊ intellect⁹: ⁊ est primus versus quẽ mouet celũ⁊ ⁊ ordines particulares intellecti: ⁊ sunt illi versus q̇s mouet vnũq̇ꝙ corpus. s. referẽdo singula singulis: ⁊ ꝙ illa oĩa per suũ motum consequuntur motum primũ: ⁊ ꝙ dispositio in hoc assimilatur dispositioni artis ꝑncipalis sub qua sũt multe artes particulares quelibet eaꝝ sm ꝙ est determinata ab arte principali: ⁊ finis ei⁹ ordinatur ꝓpter finẽ artis vniuersalis principalis. verbi gratia. in arte regiminis ciuitatis: cũ reliquis artib⁹ particularibus: quibus perficitur regimen ciuitatis. ⁊ hec tamẽ duo in hoc differunt: quia cognitiones intellectuales sunt ꝑores q̄ actiones earũ: ⁊ actiones producte ab ipsis sunt ꝓpter illas cognitiones ⁊ in regiminibus econtrario. i. cuꝫ cognitiones sunt propter actiones sic similis arti vniuersali regiminis ciuitatis est ordo intellectualis vniuersalis que intelligit celum. vult dicere primũ ⁊ similes artibus particularib⁹ reliquis sunt itellectiones q̄s intelligũt reliqui celi. vult dicere aggregatũ ex corpore ⁊ itelligẽtia: ⁊ hoc est qḋ debet intelligi in ista scientia nõ plus neq̧ minus: ⁊ sunt iste res super quas sunt demonstrationes necessarie: sicut tu vides. hec sunt verba eius. Patet ergo expresse ꝙ dominus Auerroys nõ tantũ negat coꝝ ꝓpositiones: sꝫ etiã ꝯclusionẽ. illud autẽ qḋ nõ est bene intellectũ hic ex verbis eius erit clarum per illa que dicã in prima suppõne. Et debes scire ꝙ iste sermo. s. ꝙ intelligẽtie ꝓueniunt aut ꝓducuntur a primo: ⁊ ꝙ in illis est aliqua compositio: est conueniens ꝑncipijs Auicẽne. Nam ipse ponit ꝙ intelligẽtie abstracte preter primam sunt possibiles esse ex se necessario ab alio. Sed Cõmẽtator multũ ꝯdicit huic opinioni in multis locis: ⁊ maxime in libro destructio destructionũ. Nam dicit ibidẽ ꝙ iste smo. i. possibile ex se necessario ab alio est smo malus. Nã possibilitas est ꝓprietas siue dispositio alia a re in qua est possibilitas. Illud ergo qḋ apparet ex manifesto hui⁹ smonis est ꝙ illud qḋ est sub p̄io est cõpositũ ex duob⁹. vni coꝝ appropriatur possibilitas: ⁊ alio cui appropriatur necessitas: ⁊ dicit preterea ꝙ cũ dicunt ꝙ multitudo que est in scḋa causa est per illud qḋ intelligit de se: ⁊ qḋ intelligit de sua causa. Sequit̃ ex hoc ꝙ substã hui⁹ est ex duabus naturis aut ex duabus formis: ⁊ vtinam sciref que earum est ordinata vel proueniens a prima causa ⁊ que nõ. Et sequitur apud eos cum dixerint de ipsa ꝙ est possibilis ex se necessaria ab alio. Nã natura possibilis necessaria est alia a natura necessarij: quaꝫ accipit a necessario ex se. Nõ natura possibilis nõ põt esse necessaria nisi natura possibilis conuerteret̃ in naturã necessitatis: ⁊ ideo in naturis necessarijs non inuenit̃ possibilitas. ⁊ hoc vel si sint necessarie ex se aut ab alio. ⁊ hec oĩa dicta ab eis sunt sophisticationes ⁊ smões debiliores sermonib⁹ loquẽtiũ: ⁊ sunt intẽtiones addite in phĩa ⁊ nõ cõuenientes ꝑncipijs physicoꝝ: ⁊ nullus eorũ habet sufficientiã sermonis rhetorici: ⁊ maxime sermonis topici. vel ꝓbabilis. ⁊ si hoc fuisset sic q̄libꝫ eorũ formaꝝ esset vna sm subm̃ multe sm diffiõnẽ. Dicit preterea in illo libro in q̄stione querente an primus sit simplex ꝙ necessariũ quomodocunq̧ ponetur non habet in se aliquaꝫ possibilitatem: ⁊ non inuenitur aliquid habens vnam naturã vel ꝙ sit vnius nature: ⁊ dici potest de illa natura ꝙ sit possibilis sm aliquid: necessaria secũdum aliquid: quia iam declaratũ est ꝙ necessarium nullam habet possibilitateꝫ. nã possibile opponitur necessario: sꝫ illud quod est possibile est ꝙ sit aliquid necessarium secundum vnam naturam: possibile sm aliam: sicut dicitur de corpore celesti: ꝙ est necessarium secundũ substantiam: possibile secundum motuꝫ in vbi. Sed inueni in dictis Commentatoris in dicto libro: modũ per quem ipse vult moderare dicta Alfarabij ⁊ Auicen. Dicit enim ꝙ cum dixerunt possibile ex se non intelligunt: ex hoc proprietatem additã supra substantiam: sicut intelligit de possibili secundũ veritatem: vel non: vult dicere de possibilitate materie. naꝫ materiale est vere possibile: dicit vlterius: sed intelligunt ex hoc ꝙ substantia aut natura eius dat ꝙ nõ sit necessarium nisi ꝓpter causam: ita ꝙ significat substantiam a qua cum fuerit negata sua cã nõ est necessaria: idest ꝙ negat̃ neccitas ab ipa: ⁊ quasi volunt dicere ꝙ necessarium vel est necessarium per se: idest ꝙ sua necessitas est in se vel ex se: vl est necessarium propter causam ⁊ illud quod est necessariũ propter causaꝫ nõ est necessarium ex se: ⁊ dicit ꝙ nullus dubitat ꝙ iste differentie non sunt substantiales. i. diuidentes subam neq̧ addite super substantiam: sed sunt intẽ-

